via reperiens invadit quos fugientes in Sarum fluvium insequtus ibique non pauci de suis non ab hostibus sed armorum pondere pressi in profunda[1] demerguntur et ob[2] hoc poloni ~~ut~~ antea et plenis armis uti nolebant.[3] De[4] cetero ~~et~~ ut in in antea dicitur dicti sunt Polanie a campo scilicet pole in quo fortiter pugnantes in armis bellabant et propter hoc vocati polanie i. poleni nunye ut antea. Hostibus itaque feliciter[5] fugatis eorum[6] hostium et aliorum dominia decreverant impugnare. Sed quia jam[7] septimus annus ab exitu sui ad prelia iam finem dabat, in quibus septem annis tam ipse quam proceres Regni illius polonie uxores et pueros non viderant, veluti qui bellicis tumultibus insudantes extra domicilia morabantur extraneas naciones subiugando.[8] Interim uxores ac filias eorum[9] servi seu[10] famuli ad sua vota flectuntur[11] quasdam diuturna expectacione confessas quasdam vero[12] magna desperatione deceptas, nonnulos[13] oppressione

pressione ad suos amplexos[1] pertractantes[2] domicilia muniunt et occupant dominorum Comperta igitur fama tante prodicionis ac nepharii sceleris pertractante[3] nobiles qui cum rege in castris[4] predicto tempore fuerant demoranti[5] zelo nimio vindicandi iniurie[6] excitati etiam rege prohibente ad propria sunt reversi sor suosque de suis domiciliis que firmissime muniverant tandem cum magno labore expugnatis[7] ipsis pro- ut eorum demerita[8] deposcebant[9] suplicia e- diderunt[10] uxores etiam[11] suas veluti prevarica- trices et adulteras penis diversis crudeli- ter extinxerunt.

Nota de sevicia Boleslai

Rex[12] vero Boleslaus de recessu suorum procerum turbatur[13] nimium, et contra eos- dem zelo iracundie concitatus, beluinam seviciam induens ad propria rediit et su- is proceribus bellum inflixit, dicens Viros luxuriosos[14] deleri debere quibus plus cau- sa feminea placent[15] quam principis ob- sequela

sequela. Conqueriturque non tam apud hostes derelictum quam hostibus studiose exposi-tum propter quod primas polonorum[1] qui ab eo discesserant capitis obtruncacione damnat alios[2] quos perimere non valet insidias laten-ter parare non cessat mulieres quoque[3] qui-bus mariti humana ducti mansvetudine scelus indulserant prosequitur[4] ac earum in-fantulis abiectis catulos non perhorruit ap-plicare in tantumque cultum detestabatur femineum quod loco uxoris jumentum pur-pura et bisso decoratum ad omne iter, quo ibat secum duci faciebat. Aiunt quoque qui-dam quod verus[5] insensum reprobum ute-batur[6] eodem. Quedam[7] autem scripture qui-bus standum est verius asserunt quod non sed in detestacionem sceleris per mulieres nobiles in suorum maritorum absencia per-petrati hoc se[8] facere demonstrabat. Ve-rum cum nimia efferitata[9] in suos desei-vire non cessaret, et hoc ideo, quia[10] proposi-tum sui negotii quod pro recuperandis me-tis polonicis in animo conceperat nec redi-

propter fugam de bello majores decapitantur per Boleslaum

re

re donec easdem recuperasset mente fir-
masset, ad finem debitum propter suorum
Nobilium ad propria regressum minime per
duxisset Sanctus Stanislaus Episcopus Craco- St. Stanislaus
viensis cernens Boleslaum quasi beluam se- arguit Bolesla-
vientem in oves desinere[1] et gladio tyranico -um
sanguinem innocentem effundi uxra quo-
que thori[2] violari dei timore postposito ho-
mines non vereri ac honore regio oblitus
iusticiam opprimi ipsum paterna moni-
cione aggreditur, et post hoc ecclesie dene-
gat ingressum. Ille[3] vero paternam correctio-
nem despiciens et malis priora accumula-
re[4] proponens sanctum virum in capella
Sancti Michaelis de[5] rupella missam cele-
brantem manu truculenta gladio suo ex-
tinxit Ipsumque de capella extrahens di-
membravit Cujus gesta vite et miracula
in vita ipsius Beati martiris plenius con-
tinentur. Passus est autem anno[6] domini
str. 14. milesimo LXXIX Post hoc autem[7] Boleslaus
videns quod sui terrigine[8] tam proceres, quam
populares se a sua familiaritate abstrahant[9]

Ad

:Ad Ladislaum[1] quem regno[2] hungarie in re-
gem prefecerat secessit Cui[3] Ladislaus humilem
reverenciam [exposcens pedestri veneracione oc-
currit. Boleslaus vero Rex tanquam super-
bus et elatus manum sibi porrigere ac os-
culum dare contemsit inquiens: opifici non
competere ut suam veneretur creaturam nec
decere virum fortem et potentem exilio pres-
sum miserabiliorem esse vel casu fortuito
deieccionem debere videri. Wladislaus vero
rex hoc pacienter sustinens benignissime[4]
amplectitur ~~et exhibet~~ honorem[5] omnem et
humanitatis affectum exhibet[6] Aput quem
non multo tempore[7] tactus pessimo ulce-
re in amenciam cecidit sicque miserabi-
liter vitam finivit et[8] filius quoque[9] uni-
cus ejus Meschco nomine post hoc per pa-
truos ad propria[10] revocatus prius quam
uxorem duxisset et florem pubertatis atti-
gisset vita functus de hoc mundo[11] transi-
vit ad patres. Revelatumque est quibusdam
viris religiosis sanctam vitam ducenti-
bus quod quam[12] sicut Boleslaus rex[13] sanc-
tum

[exhibere

De morte Boleslai qui amencia est percussus

Meschko filius Boleslai in puericia mortuus est

Revelatio divina de reintegracione regni polonie.

tum Stanislaum in partes minutas secuis-set et in lacum dispersisset sic deus re-gnum polonie deinceps scidit[1] plures prin-cipes in eo dominari faciens[2] Nihilominus vero prout corpus viri sancti[3] reintegratum extitit, sic in futuro tempore cum Deo pla-cuerit in statum pristinum et ad unita-tem unius principis reducetur.

De primo wladislao

Iste Wladislaus nunquam titulatur regem polonie sed ducem et heredem quod CC annis post occisionem beati Stanislai caruit rege polonie regnum

Wladislaus itaque dictus pius fratri suo Bo-leslao effero in dominio regni successit[4] cu-ius fratres minores Mesco et Odo dum[5] si-ne prole decesserunt[6] et ipse similiter pro-le[7] careret et de ipsa nimium anxietus[8] existeret. Tandem de consilio Lamperti Cra-coviensis Episcopi successoris beati Stanislai[9] ymaginem auream artificiose ad instar pue-ri fieri fecit, quam devocione ductus et voto astrictus ad Monasterium sancti Egidii quod in provincia provincie consistit ad honorem ejusdem sancti sollemnes nuncios

Epistola ad Monachos Sancti Egidii pro puero.

cum[10] ornamentis ecclesiasticis Abbati et fratri-bus

bus in dicto monasterio degentibus desti-
nat[1] ac[2] epistola infra scripta patribus re-
verendissimis[3] Beati Egidii abbati ac[4] uni-
versitatê Cenobii Wladislaus dei gracia dux
polonorum et coniunx ipsius devocionem
omnimodam[5] cum reverencia filiali. Etsi[6]
ulla possit[7] esse humana felicitas, perfecta
tamen esse non potest, nemo enim tam
felix est quin[8] cum parte sue felicitatis[9]
rixetur et nos quidem de nostri generosi-
tate sanguinis de corporis et animi ele-
gancia[10] de culmine regie dignitatis de
fama et omnimoda gloria et copia rerum
gloriari non oportet nec expedit quidem
sed illud[11] humilime lacrimari convenit
quod inter florentissimos rerum successus
datus est nobis stimulus qui nos colaphizat
in fecunda sterilitate sobolis que non so-
lum paternum tollit[12] solacium sed et gra-
ve quoddam ingerit opprobrium orbitatis
proin[13] coram vobis patres sanctissimi no-
stra prosternitur devocio ut vestrorum
meritorum sterilitatis infortunium pius

oracio

oracionum tollat interventus. Non enim est
impossibile ~~est~~ apud deum ullum verbum
Intellectam itaque ducis et uxoris[1] sue devo-
cione sacer ille conventus, triduanum ora-
cionibus continuat ieiunium cum psalmodie[2]
instanciori vigilancia atque precum. Sed pri-
us quam ad propria legati[3] redierunt ducis
se[4] fecunditas predicatur. Nasciturque tercius
Boleslaus in cujus partu mater sua nobilis
dolore rapta nimio ~~[illegible]~~ diem clausit extremum
sicque Wladislas gaudium dolore miscetur
et meror gaudio temperatur. Et quia princi-
pem tam illustrissimum cui nil de humana
existimatur felicitate defuisse absque uxore
non decuit esse. Ades[5] soror imperatoris ~~[illegible]~~
Henrici tercii relicta Salamonis regis unga-
rorum sibi matrimonialiter copulatur. De
qua tres filios procreavit. Et quamvis iam
corpore esset granderous noluit tamen igna-
via detineri, sed hostibus rebellantibus cre-
brius militarem[6] industriam exercebat. Quum
vero plerique consulerent[7] ut sue etati parce-
ret[8] respondebat licet detrimenta senciam in

corpore

Boleslaus tercius nascitur cujus mater moritur.

str. 15. na tej stronicy u góry do textu mienale, zaca znajduje się nota.

Iste Wladislaus in honore beati Egidii construxit et fundavit Ecclesiam parochialem in Clodawa ____ consecratam ~~[illegible]~~ in honore beati Egidii in ____ Aliam ecclesiam in Lancicia parochialem in Kobija et alias plures in honore beati Egidii Confessoris ad cujus preces habuit filium.

Sororem imperatoris accepit in uxorem.

corpore animi tamen convenit[1] antiquitate probari virtutes augeri non minui, omnium que rerum exercitamina virtutis esse non e, tatis verum quia maritime provincie pre, fectos quos eisdem dux[2] piissimus Wladisla, us prefecerat contumeliis appositis injuriose eiecerant ex qua re ipse animosior effectus, robustorum suorum manu in unum recollec, tam[3] maritimas provincias potens invadit fortissima municipia eorum disrumpit[4] pariter et comburit colla indomita domat. quosdam ex ipsis capitibus truncat[5] quos, dam captivos ad propria remittit sicque ma, ritimis provinciis subactis et prefectis pro, priis constitutis ad propria revertitur cum honore in nullo sue senciens gravedinem[6] senectutis.

De Sbigneo filio suo ex concubina de domo prawdzarum.

Habuit itaque Wladislaus Rex piissimus filium nomine Sbigneum ex concubina[4] pro creatum[5] que fuit de genere prawditarum

quem

quem propter insidias novercales sub cura[1] Sleziani[2] cui nomen erat Magnusch[3] in finibus bohemorum fecit delicatissime educare Qui ob hoc dictus est Sbigneus qui latine interpretatur evasit iram[4] novercalem quia mortua regina noverca eiusdem ipsam[5] de latibulis in quibus fovebatur, ad patris amplexum fuit revocatus Nam quamdiu noverca ejus vincebat[6] eius iram metuens patris provinciam adire non presumsit Hunc postmodum pater piisimus plus dolo quam consilio conventus[7] Preceslai principis[8] Bohemorum, de quo Wladislaus Rex decrepitus plurimum confidebat ut tueretur regni lechitarum gubernaculam[9] et patris vices gereret improvide fecit[10] hinc[11] quidam Schecech[12] seu Sethegius[13] nomine princeps polonorum milicie[13] qui rempublicam confuse et iniuste dispensabat[14] non quod rectum vel virtus exposcebat sed quid[15] peccunia dona et affectus carnalis iubebat non quod quis meruit, sed quantum[16] potuit inspexit, cum prefecto Selesiane[17] provincie nomine

De Setegio malo

magno

magno de quo premissum est contra pijum[1] Wladislaum conspirant[2] ac Sbigneum prefatum wratislavie[3] ac Sleziane provincie principem constituere presumunt Wladislaus vero rex inclitus[4] licet hoc grave in animo gereret non tamen ad vindictam principis esse voluit, sed Sthegius[5] princeps milicie ac[6] prefectus Sleziane provincie predicti Wladislai regis et regine indignationem in se fuere[7] considerantes et periculum ex facto quod presumserant sibi evenire presumentes[8] Wladislaum Regem hungarie et Przeczslaum principem Bohemie[9] donis ac promissionibus ad partem Sbignei flectunt et ne Regi Wladislao contra Sbigneum et ipsos[10] prestent auxilium inducunt. Instanciis itaque Wladislai hungarie regis[11] et Preczslai principis Bohemorum coactus est Wladislaus Rex lechitarum cum Zbigneo filio suo prefato fedus pacis inire quem pater pijus pristine[12] restitutum gracie, ut experiretur langvorem[13] simulat filium quem[14] Sbigneum prefatum ad se venire iubet qui non submissa facie sed hilari animo cum tympanis

Sbigneus occupat Wratislaviam.

panis fistulis et simphoniorum choris Au-
lam Regis popatice[1] ingreditur non compa-
Ar. 16. cientem sed de patris languore magis gau-
dentem se ostendens iuxta dictum poeticum
filius ante patrem primos[2] suspirat in an-
nos. Quamvis igitur agnovisset paterno amore
ignoscit Illumque excusans dixit in re-
bus iocundissimis ex industria ad patris so-
lacium advenisse, cum flammis nec meror
merore temperatur, sed eger ex hilaritate
medici hilarescit, verumtamen ut tumorem
filii superbientis perdonaret[3] illius fiducialis-
sima presidia caute dissolvere cogitavit et
primates Slezianorum[4] quosdam viribus quos-
dam municibus[5] arte donove[6] ab ipso retraxit
Sbigneus contra patrem movet bellum et capitur propter quod Sbigneus in patrem forcius exar-
descens[7] Vratislaviam secessit et in[8] Crusviciam
robustorum manu collectam[9] festine properat
ibique Crusvicie sex acies instruxit ac Pomera-
norum non modico adjutus[10] presidio patri bel-
lum campestre indicere[11] presumsit in cujus a-
gressu[12] sucumbit et captus in patris custo-
dia carceri mancipatur fuit autem[13] in congres-
su tanta

su tanta multitudo hostium prostrata ut
urbis Crusviciensis campestria & lacuum pro-
funditas cadaverum et cruore repleta fetoribus
hororem habitatoribus[1] et esum piscium pro-
hiberent totaliter[2] ~~pijetate prestancior~~ Et quan-
tumcumque[3] Sbigneus pater[4] atrocior extite-
rat tanto pater illi[5] fuit pijetate prestan-
cior ita quod non solum illum a carcere
absolvi iuberet, sed eciam illi particulam
Regni in Castellania Siradiensi[6] ab herede
legitimo secernit. Iste Wladislaus pijssi-
mus princeps ad honorem sancti Venceslai
martyris olim ducis Bohemie in castro Cra-
caviensi cathedralem ecclesiam primus fun-
dat[7] in qua viginti iiijor[8] canonicos consti-
tuit quibus prebendas magnificencia rega-
li dotavit[9] Nam primitus[10] non soli Canoni-
ci sed clerus Episcopum diocesis Cracovien-
sis eligebat. Hic anno domini millesimo
Cijdo decessit cui Boleslaus dictus Krzywo
usthy filius suus legitimus in dominio[11]
successit.

Wladislaus fun-
dat Cracovien:
Ecclesiam et
xxiiijor preben-
das.

Clerus . . . . .
. . . Episcopos
eligebat et . . .
. . . fuit

De Bole

De Boleslao Krzywousthy.

Boleslaus igitur[1] sicut meritis sancti Egidii Abbatis successor patris et heres legitimus a deo impetratus fuit[2] ita morum gratissima venustate et virtutum felicibus studiis ceteros principes antecellit quod cernens Szeczech princeps milicie de quo premissum est pradiciones quas Sbigneo illegitimo Wladislai filio improvide apponens[3] commiserat in quo[4] rememorans formidare cepit ne Boleslaus patris injurias[5] in eo vindicaret Sbigneum itaque ut fratri sedicionem moneat et adversus eum adversa contra eum[6] concitet[7] machinamenta flectere non obmittit Boleslaus vero quamvis adolescentulus tamen prudencia et circumspeccione sufficienter dotatus illorum machinamenta intercepit et Szeczechonem veluti malorum commentatorem perpetuo exilio proscribit. Iste Boleslaus ob insignem patris dilectionem nomen patris sui Wladislaus in lamina aurea fecit exculpi quam in collo appen-

Boleslai reverencia ad patrem post mortem quem quinque luxit annis

sam

sum ante pectus assidue deferebat, sicque omnia fando et agendo faciebat acsi pater presens adesset, vicia[1] cavens et virtutibus se ornans nunquam turpia aut inhonesta proferendo turpe existimans si presente patre turpe aliquid dicere seu agi videretur. Fertur eciam in veste lugubri quinquennio[2] patrem luxisse et licet Sbigneum fratrem suum illegitimum sibi insidiari novisset, nihilominus tamen quidquid reverencie patri debuerat in Sbigneum fratrem suum predictum caro affectu convertit.

De construccione fortalicii ante Santok.

Pomorani vero fines polonie aggredientes fortalicium quoddam prope Santhok extruxerunt quod Sbigneus qui in ducatu po-
Str. 17. snaniensi plura municipia ex donacione patris habens expugnare[3] contendit, sed pomorani ipsum confuse ad propria redire compellunt quod audiens Boleslaus Rex

festine

festine accelerat et non solum fortalicium predictum ad solum[1] prosternit sed etiam Mdzyerzecze[2] recuperat et plura alia castra Pomoranorum disrumpit[3] et manu forti evincit, Demum Sbigneo muliebriter ocio vacante iterum pomorani fines polonie invadunt predam capiunt captamque abducere conantur quos Boleslaus animose insequitur debellat et prosternit et predones in[4] predam convertit quod Sbigneo erga Boleslaum maiorem[5] invidie fomitem generavit Nam cum Boleslaus ipsum ut finis[6] interesset nuptiis per solemnes nuncios rogare fecisset. Ipse locum et tempus ubi et quando festivitas nupciarum celebrari deberet inquirens Bohemos incitat suadet et animat, ut Boleslao festis nupcialibus insistente[7] fines Slezianas invadat[8] Bohemi itaque Sbignei suasionibus inducti Boleslao nuptiis[9] occupato convivio Slezianam provinciam hostiliter invadunt prosternunt, quos reperiunt predam insimul colligunt moram protrahunt securati

a Sbigneo

a Sbigneo quod Boleslaus convivas suos letificat suis minime ferre presidia curaret. Sed cum ru-mor de hostium insultu aurebus Boleslai sonitum fecisset convivantibus valefaciens[1] ho-stes insequitur debellat et prosternit predam que captam non solum recuperat sed au-get et post modicum tempus[2] tres electorum turmas ut Moraviam invadant igne[3] appo-sito devastent, ac more hostili desolare cu-rent[4] ubi capta[5] tam hominum quam animan-cium preda multiplicia[6] incendioque et gla-dis moraviensibus finibus turbatis ad pro-pria redeunt festinanter[7], quos[8] Swanthopelk dux moravie insequitur animose invadit. fit itaque utrinque[9] ~~utrinque~~ conflictus non sine utrorumque lesione discursus in quo princeps milicie regis Boleslai Zelislaus[10] nomine manu mutillatur. Sed Boleslaus vir-tutis[11] audaciam illi auream donat. Iste Bole-slaus duxit[12] uxorem de cujos nupciarum solem-nitate premissum est filiam Regis Halicie[13] unicam de qua genuit wladislaum secun-dum et unam filiam. Demum cernens Sbi-

Boleslaus ha-buit in uxorem filiam regis hallicie.

gneus

gneus quod tantus amor belli gerandi ines-
set Boleslao ut graviorem putaret ocii torpo-
rem[1] quam morbi languorem simulato amore
concepto inspecto[2] tamen nocendi desiderio
amiciciam simulat constanciam fidei polic-
itur fratrem Boleslaum crebris nunciis so-
licitat supplicat et affectat ut Jusjurandi
obsecratione se invicem obstringant; ut neu-
ter sine altero de pace vel hostilitate cum
quocunque pertractet et se mutuis pre-
sidiis prompto animo[3] in omnibus adiuva-
re pacificantur[4]. Quibus peractis Boleslaus
fratri jam credulus exponit quomodo mari-
timas provincias quarum quidam perfec-
ti obediencia fidelitatis oblita[5] tributa Bo-
leslao dare consueta reddere contumaci-
ter recusarunt[6] ad sui obedienciam eorum
improbitatem proponeret[7] revocare. Sbi-
gneo itaque hoc annuente tempus educen-
di exercitus eligunt et locum conveniendi
statuunt. Sed mox a colloquio recedentes
Sbigneus maritanis presidia[8] nunciat et
amicissimos Boleslai promptissimos quo-
que obsi

que obsequiales ab ipso falsa swasione abstra-
hit eosque ut Boleslao arma moveant induce-
re non expavit huius swasu maritimorum
exercitus valida manu fines Polonie insili-
unt predia concremant predas capiunt quos
Boleslaus velox cursu insequutus[1] cum[2] octin-
gentis viris pugnatorum animose tria ipso-
rum milia aggreditur, sicque[3] hostibus hostis
infestior[4] cuneos hostium penetrare non
desinens donec dextearius[5] intestinis profu-
sis occubuit Nec cessat pedester a cede[6] ho-
stium, nec declinat a loco certaminis sed
virtute indefessa instat pugne forcius ~~m~~
Nam et quidam miles strenuus[7] princeps
milicie Karbimirus[8] dextro oculo orbatus
instat non segnius[9] tanto atrocior quanto
cruencior sui quoque[10] cedunt hostes et
sternunt quorum quidam non victi sed
vincendo fatigati inter stratorum hostium
catervas dormitant et quiescunt quod enim
amore patrie[11] suscipitur amor est non
furor, virtus est non temeritas dilectio e-
nim fortis ut mors esse dicitur que quan-
to est

str. 18. przekreślona, ale to samo jest w podwójnych kolumnach na str. 19.

hic non allega.

de timore et cir-cumspectione

to est meticulosior tanto audacior. Nihil namque animosius cives ad arma provocat quam civilis timor discriminis iuxta sen-tenciam Salomonis qui Atheniensibus scri-bens ait, Non minus vos timidos esse ve-lim, quam audaces, quia timor circumspec-cionem suggerit circumspeccio vero pa-rit confidenciam, et audaciam gignit quia homo se ipso fit animosior non est alienum a virtute[1] quo[2] veluti proprio presertim ubi eciam de suo agitur pro vi-ribus insudare. Rumore tandem prelii per ampla municipia polonie difuso,[3] sit[4] ex omni parte ad principem fidelium conversus,[5] iam turmis hostium in diversa dispersis ex quibus quidam regem Boleslaum presumunt argue-re cur tanta particula seminis[6] consulte subi-re attentasset[7] Ipso respondente talem[8] esse debere principem qui suos exacuat[9] non obtun-dat. Cumque Pomoranos insequi proponeret, ecce Bohemorum acies in finibus Polono-rum nunciantur[10] quos Sbigneus ex concepta nequicia in fratris excidium solicitus inci-

Arguitur Boleslaus per suos.

predicat Sbigneus

tavit

tavit verum[1] Boleslaus Rex animosissimus utrum[2] hostem[3] fugitum[4] an noviter advenientem[5] resistere debeat a suis proceribus percontatur,[6] illi autem hoc inquiunt. quod[7] tamen illud honestius, ad utrumque[8] tamen operam dare vir industrissus festinat. In duas itaque partes exercitum dividit cujus partem cum Scarbimiro Comite et[9] palatino seu principe miliciae hostes fugitivos jubet insequi ut de pomeranis victoriam referant et ipse Bohemorum acies reprimat. sicque[10] iniuriam propulsat et patriam in pace conservat

De exustione Castri Cozlye.

Interim autem Castrum Cozlie[11] in ducatu Opoliensi Moravie finibus vicinum per desidiam presidis proprio incendio fuit exustum Quod Rex Boleslaus[12] per Moravos occupatum munire[13] festivus ad reedificandum accellerat fratrique Sbigneo quod non sui egeret auxilio sed ut fiduciam et sponsionem alias[14] utrinque habitam experiri possit. supplicat ut ipsum in reedificando castro

stro juvare festinet sibique talia per solen-
nes[1] nuncios intimare studeret.[2] Nimis deli-
catus est qui honorem appetit,[3] nam et si o-
nusta[4] principandi solercia honesta tamen
videtur esse et utilis. Et nos quidem ejus-
dem orti[5] ~~propriator~~ ariator capimus delicias sed
modo dispar ortum excolligimus.[6] Cum tamen[7]
ratis exigat ut quem[8] utilitas et preesse de-
lectat, laboris difficultas non terreat. Decet
enim eum principari debere qui progenitu-
re preeminet dignitate quod si laboris sar-
cinam potuis[9] declinare eligis meorum sal-
tem ac meis confave[10] laboribus et tuorum
subsidia michi non denegas imparituri[11]
penes te itaque sit jubendi potestas pe-
nes me maneat obsequendi promptitudo.
A 20. Turpe est enim luctari cum onere cum[12]
semel susceperis Sbigneus vero non solum
fratri subsidia dare[13] contemnit sed legatos ca-
pi faciens in vinclam[14] retrudit ac Bohe-
morum Moravie et Almanie duces et prin-
cipes in fratris excidium suscitat ipsumque
a regno propulsat maritimos quoque presi
des non

Traditor Sbigneus ca-
pit nuncios Regis Bo-
hemos Moravitas Al-
manos contra Re-
gnum incitat et Po-
meranos ab obedien-
cia abstrahit.

des non tam[1] ab obediencia fratris sui Boleslai dolosis svasionibus retrahit sed ut in fratrem insurgant flectere presumit. Horret his auditis Boleslaus et hesitat quibus se hostibus primitus opponat. Tamen prout erat animi prudens et in bellicis actibus excitalissimus,[2] divine gratie se committens quibusdam hostibus pacatis, quibusdam devictis Sbigneum fratrem suum insequitur. Castra et municipia ejusdem alia igne devastans alia retinens sicque omnibus municipijs Sbignei interceptus[3] ipsum persequi non cessat donec[4] veniens Maroviam ubi Sbigneus gracia vita conservande confugerat[5] ipso Sbigneo humiliime ad pedes Boleslai provoluto Rex[6] optimatum tandem interventum benigne[7] suscipiens ut miles saltem fratris non regni coheres estimetur pietate regia qua erat preditus concessit sibi quasdam possessiones in Castellania Siradiensi largiendo hoc pacto quod nec nova erigere nec vetera alias demolita fortalicia reparare presumat.

Utiquam paratur proditori Sbigneo et datur ejus ....

Qualiter

Qualiter Sbigneus perpetuo exilio damnatur.

Boleslao igitur in maritima provincia constituto Sbigneus a consveta prodicione in fratrem ex invidia concepta non cessans [1] cujusdam maritime provincie prefecto[2] in exercitum Boleslai tempore nocturno svasu Sbignei fortuna volente armis mutatis[3] Sbigneus prefatus hostes accedit ipsosque confortatos precedens castra fratris cum hostibus aggreditur et hostiliter invadit Gregorium[4] militem se simulat quibus noctu exproratis cum[5] hostibus impetum facit Erat interea Boleslaus extra Castra suorum diligenter explorans excubias. A tergo igitur hostes invadit quibus dispersis hinc inde Sbigneus doli artifex casu detecta galea deprehenditur, coram primis proceribus Lechitarum[6] sistitur de crimine lese majestatis accusatur qualiter Castra fratris cum hostibus[7] pro quibus mortem subire debuerat invadere presumsit[8] Sbigneus

Non

respondit. Non diffiteor quod hostes impetum
ferentes pressi[1] eorum impetum vobis cu-
piens nunciare. Cumque rei et facti per-
versitatem totus stuperet exercitus et[2] Sbi-
gneus verba vix finivisset omnis vero exer-
citus in Sbigneum arma tollunt dicentes
Non tam[3] ensibus et hastis seu alio ferri in-
strumento confodi sed eciam dentibus discer-
st. 21. pi debere dignum fore acclamantes quorum
tumultu vix sedato princeps milicie Regi[4] Bole-
slao proximus in medio[5] protulit. Indignum
esse et iuri contrarium quod pena[6] prece-
dat formam iuris. et nos in quempiam fer-
non condemnatur alias nisi convictus re sentenciam non possumus nec debemus
nisi aut in iudicio confessus[7] aut per fidem
dignorum testium[8] convincatur. Preser-
poeta tim iuxta dictum poeticum Sit piger ad pe-
nam princeps ad prelia velox. Mane igitur
Maystratui placuit ut notorius patrie emulus
ac insidiator manifestus exilio perpetuo pro-
traditor damnatur exilio. scribatur. Sicque Sbigneus sicuti[9] meruerat
perpetuo proscribitur exilio unde sic pereant
qui se prodesse fatentur at[10] obsunt. Discat
in autorem

in auctorem pena redire suum. Cujus calamitati et plus uxori et liberorum defectibus post tempus non longum[1] compaciens, sibi quosdam hereditates uti fruendas concessit peste[2] igitur seditionis penitus[3] excussa hoste patrie profugato Serenissimi Boleslai fedus[4] rutilantiores[5] virtutum radios expandit[6] pro amplissimis pomoranorum municipiis his in favillam redactis illis[7] ultro se subdentibus sibi[8] Albenses qui Bulgardenses[9] in vulgo appellantur resistere contendunt quos urbi[10] famosissime que est[11] Pomeranie Boleslaus sagacissimus inclusos[12] cingit, et obsessis duo scuta ostentans unum rubeum alterum album quod, inquit, istorum eligitis. At illi album quia in se pacis blanditur candorem. Illud[13] terribilem cruoris minatur aspectum, quis est ille sane. Si ergo albam[14] vultis esse, alba vestra, subdicionem[15] candidetur. Sin autem rubeum clipeum eligitis illi cruor nomen inscribat ut non alba urbs sed cruenta nuncupetur. pertinaciori[16] illi audent respondere pertinacia contumacia[17] ymo et alba vocetur et cruenta[18] ut

Albenses et Bulgardenses contra dicunt. Regi Boleslao.

ut albam predicet nostre successus victorie, cruenta vero tuorum preconetur occasio.[1] Ad hoc[2] Boleslaus, heu proceres audent[3] isti vermiculi[4] eciam probris contendere. Rideo[5] quod talpo[6] lincem quod limax[7] tigridim quod aquilam in conflictum provocat scarabellus.[8] Sed armis viri non verbis opere opus est non querela. proinde manus[9] omnis[10] evolat vallum aggeris impetu transilit[11] precipiti. Inauditam audite[12] viri audaciam: non hostium multitudo non tantus armorum fragor non ulla vis telorum terret illum. Non saxorum moles obterit primus valvarum[13] hostium pertransit, primus urbem ingreditur, tot milium cohortes, hos cedit, illos passim fugere cogit, omnes denique velut cujusdam terrore majestatis percussi armis abiectis proni in terram procidunt, ignosci[14] postulant, illorum non suam necem deprecantur. Hanc[15] sese crucibus magis quam veniam[16] dignissimos esse. Cumque nec etati nec sexui fore indulgendum precipuorum jubent[17] ______ indulgentissima tamen principis clemencia omnibus

devincuntur
innimici.

parcit

omnibus ignoscit. Justiorem enim se[1] censuit
pyam humanitatis indulgentiam quam se-
vissimam[2] iusticie ulcionem que res non mo-
dicum illi quid fame exterorum peperisse
edocuit.[3] Sua et enim sponte tam solibrecen-
sium[4] quam Caminensium Wolynensium[5],
Cossonnensium[6] et aliarum munitissima-
rum urbium presides non cervicose[7] presum-
serant sed obnixis concurrunt cervicibus &
illius se[8] obsequele[9] humillime prosternunt.

Nemo misericors tamen nisi iustus ne- Proverbium.
A. 22. mo justus nisi misericors. Nam iusticia sine
misericordia crudelitas est et misericordia sine
iusticia fatuitas. Mitibus est mitis capris leo
tigribus asper. Sed per mira hujus leonis a-
nimositas,[10] qui leones ipsos non modo solum
in capreas sed in meticulosos vertit lepuscu-
los. nec secus ut Alexander qui ambrorum et
Siccambrorum lxxx milia peditum et lx
milia equitum confecit. Qui urbis murum
primus conscendit et vacuam[11] solus insilit[12]
Hostibus ambit[13] solus contra tot milia
preliatur Dictum incredibile ut solus

tot

tot legionum turmas ceciderit.[1] Hic ubi se multitudine obrui videt et truncis proppe murum[2] se applicat stanti cuius suppodio[3] annexus tamdiu turmas irruentes sustinet[4] donec periculo cognito eius ad ipsum[5] desiliunt Tandem deiectis[6] muris omnis[7] exercitus subve-nit tunc sagitta sub menxiam[8] traiectus cum sanguinis[9] fluxu deficeret genu flexo tam diu preliatus est donec vulneris aucto-rem occidit et quanto vincendis asperior tan-to victis fuit clementior.

Qumodo Henricus Imperator impugnabat.

Dux Bohemorum incitat Imperatorem contra hungaros quod rogat Boleslaum in auxilium.

His itaque peractis Henricus quartus Im-perator Romanorum[10] per crebras sugge-stiones Boleslai[11] ducis Bohemorum induc-tus ad devastandum Regnum Pannonia-rum multa milicie comitiva stipatus stu-diose processit. Quod vero[12] pannoniorum Rex certis rumoribus ad se delatis[13] intelli-gens et[14] Imperialis potentie disparem existi-mans Regis Boleslai implorat[15] auxilium scribens

scribens eidem[1] in hec verba Illustrissimo polonorum[2] ac maritimorum monarche Colemanus[3] hungarorum Rex. Quidquid amicissimorum intimo poterit reverentie et honoris Ratio suadet honestas postulat, ut communi communiter occuratur incendio. v.[4] Nam tua res agitur paries dum proximus ardet. Et neglecta aliqua incendia solent sumere vires Nec enim aliud[5] Almanorum locuste ad nos usque irrespere quam ut nostris, quod absit depastis vineis Vestris insiliant facilius[6] olivetis Boleslaus itaque comperto, quod Imperator iam fines Panoniorum depopulandos[7] ~~potenter~~ fuisset aggressus Bohemiam cum suo valido exercitu ingrediens urbes capit subvertit et ad solum prosternit municipia[8] diripit ac depopulatur et tandem vias ocupat per quas Imperator ~~cum~~[9] exercitu fuerat reversus, insidias tendit, cum redeuntibus confugit[10] et viriliter triumphat. Sic que nece gravi in gente Imperatoris et delecione urbium Bohemie non modice facta quorum dolo et suggestione cogno. verat

Boleslaus Bohemiam ingreditur.

Boleslaus Imperatori insidias tendit et dollatur

verat Imperatorem[1] panoniis seu hungaris[2] bella novisse ad propria revertitur cum triumpho.

De Gnevomiro preside Maritime provincie.

Porro Gnevomirus, cuius vitam alias Boleslai[3] pietas in excisione[4] Balgardensi seu Albensium reservaverat de sacro quod[5] fonte[6] levaverat, donis largifluis[7] regalibus extulerat partis quoque maritime regionis presidem prefecerat, mendaciter confingens Boleslaum in Bohemie[8] provincia per Imperatorem Henricum esse devictum captum et in vinculis[9] constrictum in remotas quoque Almanorum partes perpetue captivitati mancipatum Pomoranis premissa suggerens plurimos[10] de Boleslai obediencia retrahans ad sua vota induxit, prefectos regios, quos ab obediencia regis Boleslai minis et promissionibus avertere non potuit, per potenciam hostiliter[11] a prefecturis removit et eiecit, qui cum

Boleslao

retrahuntur Pomerani ab obediencia

sl. 23.

Boleslao Regi rem hujusmodi nequissime presumptam patefecisset, et licet rex zelo iusticie accensus in vindictam consurgere festinus voluisset, ad se tamen rediens animi sui motum studuit temperare. Jubet nihilominus ut sui proceres armas preparent sicque morose progrediens pomoraniam ingreditur cujus adventum qui et primi et natu majores prescientes sibi festine occurunt proni adorant colla submittunt veniam deprecantes[1] Gnevomiri nequiciam qua se fefellisse astruit[2] detegentes. Quibus Rex pijssimus veniam largiens omnia indulget. Castra tamen queque[3] municipia destruit et ad solum redigit solo Gnevomiro qui sibi male conscius de venia desperaverat in rebellionem permanente, hunc Rex Boleslaus cum suis agminibus fortissimis in castro Wolinensi[4] ad quod confugerat obsedit et impugnat. Cui cum proceres veniam obtinere ut se gracie regie subderet[5] renuit asserens prodicionum majoris nequicie esse suam, quam venie indultum. Sicque Castro Wolin[6] discriminose tandem[7] et difficulter

De Gnevomiro traditore.

difficulter per vim obtento, ceteris gladio necatis Gnevomirus juste capitalem sententiam excepit.

Qualiter Pomorani Martinum Archiepiscopum Gnesnensem invadunt captivare satha-gent.

Huius Boleslai tempore erat sancte Ecclesie Gnesnensis Archiepiscopus nomine Martinus. Cujus industria et consilio Respublica in regno polonie salubriter regebatur. Sed quia Pomeranos a ritu paganico quod idolatriam sapiebat[1] retrahere nitebatur. Ad prestacionem quoque decimarum et primiciarum iam prius monitibus.[2] Iam censura eclesiastica cohortabat[3] ipsi fomentum discipline renuentes dolosa nequicie machinamenta componunt ipsum sacrum Antistitem occidere aut captivare disponentes. Boleslao itaque extra regnum suum cum suis exercitibus[4] diucius demorante, Pomorani tandem de loco mansionis sacri pontificis per nuncium informati de Castro Nakel exeuntes festine properant

perant et quodam mane Spicimyrz adve-
nientes archiepiscopum in oracionibus cum
suo clero in oratorio Spicimiriensi insi-
stentem[1] inopinate vallant comprehendere
gestientes. Clamor ergo attolitur impetus
hostium in ipsis foribus enunciatur[2]. Quo
ergo[3] fugiendum dum stridens[4] mucro in
hostijs choruscari videtur verum tamen
prout erat contemplacione suspensus, sic
cum iuvamine suorum per quandam sca-
lam sursum conscendens inter laquearia
resedit absconsus[5] v.[6] Sic senio vires pedi-
bus timor adjcit[7] alias[8] pomorani autem
sacris non parcentes archidiaconum circa
aram prostratum conspicantur et archie-
piscopum fore[9] putantes ipsum leti com-
prehendunt thesaurum et omnem supel-
lectilem curie pontificalis[10] ac ipsum pre-
dium Spiczimirz[11] devastantes ad sua re-
deunt festinater. Iubent itaque archidia-
cono quem presulem estimant ut decimis[12]
et primiciis renunciet ipsos quoque ritus
consvetos celebrare permittat. ac pecunie
innumerabilem

innumerabilem quantitatem exsolvat. Ipse
vero dum sic vita eius taxaretur[1] nihil horum
annuit sed fiduciam habens in domino et de
sui antistitis confisus suffragiis deo se totum
comisit. Presul autem post hostium recessum
per triduum orationibus lacrimis et[2] vigiliis
insistens in ipso oratorio continuo[3] permansit.
rem sacrilegam luctuose deplangens. Sed deus[4]
sui persuasus[5] iniuriam inultam esse non
sinens, quadam peste repentina invasores sa-
crilegos, conjuges et liberos ipsorum subito
percussit.[6] Sic ut sese velut vesani invicem,
nunc ferro nunc saxis appeterent, et suos quos-
que carissimos[7] tanquam ignotos[8] et hostes in[9]
suis domiciliis expulsarent dumque alios
attingere non possent se ipsos dentibus et
unguibus discerptabant[10] qua[11] peste nonnuli
ex ipsis vitam miserabilem[12] terminarunt
tanqu* diu sic vexati fuerant donec causa sup-
plicii et vesanie[13] ipsorum intellectam[14] omnia
rapta pontifici ibidem remittunt fidemque
catholicam recognoscunt idolatriam pe-
nitus abnegant Archidiaconum cum reve-

rentia

*am

sti. 24.

pena invasorum

rapta Archiepiscopo restituuntur et ido-latriam abnegantur Pomerani.

rentia abire permittunt, primicias et decimas perpetuo se prestaturos fide data permittentes[1]

De expugnatione castri Nakel.

Post hoc rege Boleslao ad propria redeunte Regnicole sibi occurentes nunciant qualiter Pomorani rem nephariam presumentes contra venerabilem Antistitem attemptassent. Quod Rex preclarissimus intelligens licet grave suscepisset tum[2] motum animi sui prudenter temperans ulcionem ad tempus suspendit. Sed modico temporis intervallo morose progrediens ad urbem Crusvicinsem[3] cum suis agminibus fortissimis ulterius versus Pomoraniam procedere cupiens pervenit. Quod Pomorani praescientes urbem Naklensem[4] quam ex commissione Regis Wladislai et ad nutum ipsius tenebant tam gente armata quam expensis sufficientibus copiose onustarent hac intencione ut non tam[5] regi rebellionem demonstrarent sed ipso in terris[6] pomo-

Boleslaus aggreditur Crusvoiciam.

vis pomoranie demorante ipsi terras Cujavie[1] et polonie liberius possint crebris invasionibus perturbantes devastare. Rege itaque Boleslao de urbe Crusuicin ad propositum suum peragendum proficisci volente apparuit in pinaculo oratorii Sancti Viti,[2] quod in urbe Crusviccensi consistit quidam inestimabilis forme adolescens, cujus splendor mirabilis non solum ipsam[3] urbem, sed eciam ipsius[4] campestria miro splendore perlustrabat. Hic[5] cunctis cernentibus et nimio terrore[6] concussis de pinaculo oratorii saliens, exercitum versus Nakel recto tramite ducens precessit donec ad urbem Nakel veniens pilum aureum quod in manu tenebat quasi vibrans[7] in urbem iacens[8] dispersit.[9] Hac fiducia ergo animatus rex urbem Naklensem obsidione includit machinis impetit et aliorum generum instrumentis veluti inimicam et sibi temere rebellantem furenter impugnat. Quod obsessi cernentes dum virtute resistere nequeunt, dolo vincere proponunt, Treugas

Angelus ducit exercitum regis versus Nakel.

st. 25.

itaque

itaque humili prece petunt et impetrant, quo usque primos pomoranorum proceres consu-lant et requirant. Interea Pomorani insidias parant ut in tantos[1] Boleslaides occupent et prosternant. Sed cum Boleslaide circa Eccle-siam beati laurencii et in nocte eiusdem se-cure quiescerent, nihil doli de pomoranis suspicantes subito ad morem[2] locustarum innumera peditum agmina[3] omnia urbis Naklensis operientes. Regi Boleslao adve-nisse nunciantur providerant enim Pomo-rani, ne strepitu seu hynitu equorum insi-dii proderentur, unde equis suis sub tuicio-ne relictis pedestres preliari elegerunt. Quod Boleslaus illico advertens ait ad suos video inquit o proceres meis missas levinculis;[4] et hoc dicto ipse primus hostes aggreditur, quem princeps milicie nomine Scarbimi-rus[5] leone animosior, animose sequitur[6] ho-stes prosternunt et[7] enervant. Sicque Bole-slaus cum suis viriliter pugnat et animo-se triumphat. Tantaque[8] multitudo Pomo-ranorum occisa fuerat, quod numerum

Pomorani pugnant cum Bohemis Regem.

Scarbimirus Solus

prosternuntur Pomorani.

occisorum

occisorum nemo scire poterat huius enim stragis usque ad presens aggeres ad instar montium exhumatis[1] ossibus accervati[2] fidem indubiam astruere videntur. Multa enim milia ex ipsis in captivitatem Boleslai sunt deducta qui vitam precio[3] redimere sunt letati. Et ex nunc[4] Nakel urbes,[5] quas pomorani ex largitate Boleslai regebant Decretum fuerat nunquam per ipsos regi et teneri[6] debere.

ab eo tempore Castrum Nakel nunquam Pomeranis conceditur.

His itaque peractis lechitis[8] vulnerum livor priusquam detinuerat, antequam cruoris aspergentes[9] siccarentur Henricus Imperator non immemor suscepte iniurie, sibi in metis hungarorum a Boleslao[9] illate cum innumerosa armatorum multitudine poloniam vastandam aggreditur Castrum magnum Lubin[10] impugnat, quod ad capiendum facile existimans[11] ulterius ad Bithonense[12] municipium festinat illud quam multis conatibus capere temptat,[13] sed quoniam tam itineris quam situ tutum pene et in accessibilem,[14] eo similiter relicto ad Glogoviensem urbem sua castra applicat, ibique cives

Imperator poloniam aggreditur et Lubin obsedit

Imperator usque Glogoviam applicat.

que cives improvisis obsidionibus cingit et ni-
si infra dies constitutos liberentur obsides
a civibus extorquet obsidionis igitur Boleslao
Regi angustias et obsides datos non tam sub-
dendi animo quam differendi remedio,[1] quibus
renunciat[2] Boleslaus Tutius inquit est pauco-
rum saluti non parcere[3] quam pusilanimi-
tatis ignavia[4] plurimos in discrimina addu-
cere unde salubrius obsidibus quam liberta-
te carendum. Hujus mandati Glogovienses in-
formati fiducialius[5] vires colligunt, urbem mu-
niunt, ruinas[6] reformant, sed et Cesaris castra
illic[7] cives. Inde Boleslaide continuis mo-
lestant incursibus, quorum rebellionem
cernens Imperator filios ipsorum datos in
obsides iam machinis alligari, iam tormen-
torum diversorum[10] generibus affligi[9] commi-
natur, et percipit ut saltem paterna parentes[8]
pietate moti filiorum quoque excidio Bole-
slaw[11] Boleslaw clamare[12] attolentes[13] miserti
Imperiali subderentur[14] obsequio. Sed nec ho-
stium illos terret impetus nec laboris fran-
git asperitas nec filiorum pietas avertit. Tu-

tius inquit

Imperator cruciavit obsides Glogowije

tius inquit aiunt patres prole carere[1] quam patria cives orbari quod[2] honestius liberati quam laboris[3] consuli debere. Interim Slesiani Mazovite, et alie lechitarum provincie ad Boleslai sui regis incliti[4] confluunt presidia, exercitumque Imperatoris ab omni tempore[5] crebris vicibus invadunt et infestant. nunquam pausam more[6] indulgendo sed continuis aggressibus hostium castra seu staciones perturbantes. Intelligens autem Bohemorum dux Slesianos a suis finibus egressos in subsidium Boleslai advenisse Imperatori suggerit, ut partem sui exercitus ad capiendam urbem Wratislaviensem transmittat. Quod Boleslaus rex concipiens ipsos insequitur et antequam wratislaviam attingunt[7] ipsos occupat, debellat et prosternit, ibique victor existens iterum[8] ad castrum Imperatoris festinus accedit, quem Slesiani[9] orant ne prelium differat, egreferentes tantum hostem suis incubare provinciis, et continuis depredationibus subjacere unde aiunt sanctius est semel cadere quam semper pendere Boleslaus itaque rex Imperatori

st. 26.

Slesiani Mazovite et alii ad Boleslaum convertunt;-

.... Hic de consilio Bohemorum regis imperavit mittere gentes ad capiendum Wratislaviam debellantur per Boleslaum

propter hic Imperator insurrexerat .... regem qui tributum imperatori voluit dare sicut alia regna .... et propter hoc quod descendebant regem ungaris .... quem Imperatorem et Bohemie regem devincit ut supra.

Succumbunt Bohemi.

Imperator fugit

Canes confluunt

Imperatori nunciat, tributum exigis cruentum[1] in crastino[2] prestolare tributum, nam quid a quo exigere debeas nobis cras redonare[3] condisces ut ergo altera die primum[4] dies illucescat, Castrorum Boleslai acies ordinatissimes prodeunt, et quantum exercitum Imperatoris auget innumerositas, tantum polonos reddit audacior animositas ut ergo erant prime Bohemorum acies, sic in primo aggressu succumbunt. Deinde Almanorum gigantee legiones hee a Boleslao, hee a Slesliants et Marovitis corruunt alÿ cursu dubio inter pugnantium acies victi[5] quid agant, vel quibus ferant auxilium catervatim[6] huc illuc que reputantur Nonnulli toxicatis sagittis depereunt ceteri in pedestre coguntur descendere certamen, quorum equi pro toxico vulneris[7] ceciderunt. Sicque exiles et confractas relliquias coluere pro triumpho[8] Almanorum flens et eiulans Almania[9], que vitam Cesaris pro munere et fugam coluere pro triumpho. Tanta autem[10] ad locum certaminis canum confluxerat[11] innumerositas, quod

cadaverum

cadaverum esu in quandam feritatem pro-rumpens[1] nulli hominum per multos dies tu-tus transitus pateret. Ideoque locus prelii ad presens caninum[2] campus nuncupantur.

De expulsione ducis Bohemorum.

Porro Boleslaus[3] ducem Bohemie indilato[4] impetu persequens a regno polonie[5] extermi-nat, quem quodam tempore a suis expul-sum benignissime susceperat et humani-tatis solacia studuerat impendere piae compassione adductus.[6] Ipsum quoque principem Olomucensibus[7] et deinde du-cem constituerat pragitis cujus tamen be-neficii dux Bohemie prefatus immemor et ingratus Imperatoriam[8] hostilitatem in Boleslaum excitare presumpsit. Quem tan-dem quidam ex suis prout meruerat gla-dio crudeliter extinxit,[9] loco cujus Boleslaus Rex quendam virum nobilem Budzmagum[10] nomine Bohemis in ducem prefecit, quem frater invidie zelo concitatus eciam similiter non post multum temporis[11] interfecit. Iterum

quoque

Rex Boleslaus instituat Regem Bohemorum.

Iterum Rex Boleslaus instituit alium regem Bohemie.

Iterum alium regem Bohemie instituit Boleslaus propter hoc conqueruntur coram Imperatore quod de regnis Imperio subjectis intromitteret et Imperatori Bella committere accusatur.
Str. 27.

quoque Boleslaus Bohemiam ingressus, nepharium fratricidam expulit et fratrem ejus juniorem principatu insignavit[1] propter quod primi Aule Imperialis nimium indignati et zelo inimicicie concitati dicebant Boleslaum quadam nepharia presumpcione iura Imperialia vendicare, in eo quod non solum sacro Imperio bella inducere presumsisset sed eciam regna romano subiecta Imperio proprio imperio[2] quibus mallet excellenter sublimando donaret. His autem[3] quidam nobilis adolescens de regno Dacie adveniens petrus nomine per Boleslaum[4] regem consideratione Magnifici principis Regis Danorum[5] pro eo supplicantes[6] in familiarem fuit receptus. Hic Adolescens tam in bellicis armis quam morum virtutibus strenuus et miro pollebat ingenio sicque se cunctis morum venustate reddebat placabilem et conversatione preclarum quod tam a rege quam ab universis proceribus nimio prosequebatur favoris affectu.[7] Inter hec Rege Danorum[8] per fratrem ~~per fratrem~~ nepharie interempto Nobilis pater Petri antedicti adolescentis

De Pijotrkone Daco qui multas in polonia edificavit ecclesias.

Hic no. de petro Daco qui LXXVII Ecclesias edificavit.

Rex Danorum per fratrem interficitur

ti adolescentis thesaurum multum Regis Danarum iam defuncti quem in sua habebat custodia caute reservans filio nunciat quod ad se festinus redeat et de thesauro regio disponat. Cum iam[1] se senio confractum conspicaret, et vite brevitas finem inducere properaret Adolescens itaque visitato patre oportunitatem asportandi thesaurum non reperiens Boleslao regi et suis proceribus suggerit ut exercitum moveat,[2] et ad regnum Danorum suo et sui patris industrioso[3] iuvamine obtinendo[4] accellerare non tardent. Sicque Boleslaus prout erat in subiugandis regnis animositate confertus[5] Anno Domini Millesimo CXXIIII mare transiens regnum Danorum obtinuit et potius[6] in eo propriis profectibus[7] ad propria remeavit cum nimia honoris gloria et triumpho. In cuius comitatu petrus thesaurum regium patre suo sibi donante[8] poloniam secum asportat[9] cum quo multas possessiones pro se et suis[10] liberis comparavit et nonnullas hereditates ex largitione regis Boleslai et suorum filiorum successive sibi donatas[11] fuerat in diversis provinciis

His subiugitur Regnum Dacie et tributum polonis dat.

Petrus thesaurum exportat.

Pyolrko ducit filiam regis ruthenie.

Boleslaus primo habebat filiam regis rutenicis sed postea frater Henrici Imperatoris quarti de qua quatuor filios procreat.

Boleslaus filiam de rutena regi ungaris dat cum Castellania Spis.

Hic prefecit regem hungarie in regem Haliciensem cui et Spis donaverat, et iterum Premisliens. Dot. ungaris.

provinciis regni polonie consecutus. Iste petrus post hoc[1] dictus Pyolhrko[3] magnus, cuiusdam principis Ruthenorum filiam uxoris Boleslai consanguineam Rege Boleslao ordinante duxit in uxorem. Nam Rex Boleslaus nobilioris principis ruthenorum filiam, primo habebat in uxorem, de qua Wladislaum secundum et unicam filiam procreavit, post cujus decessum Henrici quarti Imperatoris Romanorum sororem sibi in coniugium sociavit de qua quatuor filios videlicet Boleslaum Crispum, Miieschkonem[7] Senem, Henricum primum et Casimirum juvenem[4] suscepit. Iste Boleslaus filiam suam de Ruthena[5] genitam Colmano regis hungaris[6] filio matrimonialiter copulavit cui[2] nomine dotis Castellaniam de Spis[8] vadunaverat,[9] possidendam assignavit. Quem Colomanum una cum rege hungarie[10] haliciensem[11] in regem prefecerunt ipsum coronari facientes Cuius coronacionem Rex Boleslaus prout erat credulus per regem Ungarie dolose conventus[12] Castellaniam de Spis et loco eiusdem Castellaniam Premisliensem nomine dotalicii

dotalicii filie sue recepit, Hec autem dolositas fuit origo dissensionum inter polonos et Ungaros, prout in sequentibus patebit, et sic Castellania de Spis a polonis alienata, per Ungaros usque ad presens fraudulenter detenta occupatur.

Dissensio inter Polonos et Ungaros

Spis fraudulenter detinetur per Ungaros.

De captivitate cujusdam principis russie

Boleslao itaque circa alias regiones diversis negotiis occupato princeps quidam russie Lavdarus,[1] fortune Boleslai invidens Ruthenorum princeps, convocat universos, sollicitat singulos ingenuitatis sue[2] meminisse, hortatur docens[3] quante infamie sit titulus quante derisionis in populis carcerium[4] genus servitutis asserens nimis[5] miserum esse nasci, quam fieri suum[6], cum nasci sit in clemencia[7] nature fieri[8] non[9] naufragium ignavie, cui faciliter quis involvitur, sed non sine difficultate emergit, unde honestius esse mortis compendium, quam confragiose[10] vite dispendio subiacere. Omnis itaque princeps[11] a Boleslai obediuntia recede-

st. 28.

Lavdarus russie princeps insurgit contra Boleslaum.

Princeps russie et alii animantur contra Boleslaum.

re Disposuit

re disposuit,[1] omnes contra illum conspirant Quod Boleslaus Rex intelligens senatum convocat, quomodo huic malo occurendum sit viribus ingenii industria sciscitatur, Quidam vero alti sanguinis vir princeps milicie et Regi[2] dignitate proximus tam magnanimitate strenuus, quam industris[3] comes Petrus Wlastides[4] de Xansz[5] inter cetera consultorum responsa ait, quod stante[6] stipite frustra in ramusculis resecandis quis occupatur sed ad radicem securis eciam primitus[7] ponenda. Melius est itaque successus quam virtutibus experimenta deesse proinde quorundam sibi fidelium comitatu assumpto Russiam ingreditur exulem se simulat Regis Boleslai, sevicia se ferre non posse asserens[8] a Ladars principe ladimirie[9] et suscipi et foveri poposcit gratulatur princeps Russie de tanti viri adventu, gratulatur[10] et sui de tanti Commilitonis consorcio, et quamvis crebro causas exilii a suis perquirentibus agitaretur. Nulli tamen Petrus[11] rem de suis detegit dicens non esse utile si consilium ante tempus

Petrus de Xansz

Simulat petrus se exulem.

te tempus prodeat in publicum. Versus: Non bene, non tute teneris avis evolat alis. Oportuno itaque tempore mandat suis Petrus, ut equos promptificent, arma capiant, ipsumque sequantur et extemplo domum Laodomiri[1] ingrediens a mensa epulantem abstrahit,[2] humo prosternit, prostratum conjecit et vinculis vinctum asportat et Boleslao Regi pro insigni munere presentat sic sue salutis dispendio honorem patrie meretur et regnum[3] tranquilitati conciliet. Denique hujus Laodori filius patrio vulnere sauciatus[5] peramplissime compaciens calamitatem eiusdem indesinenter revolvet[6] in animo, qualiter patris mortem possit vindicare, et considerans quod aperta ulcione in hoste multum dispari irremediari non possit Dolori dolum comiscet, et omnes patris sui thesauros quos in fisco paterno repeerit in patris ulcionem appendere decrevit, preponderare estimans diviciis honestatem, et sic in patris vindicta prodigalitatem, et in se ipso parcitatem ostendens,

Laodorus rutenus interficitur.

Alius Laodorius decipit regem Boleslaum.

quendam

quendam siquidem de pannonia, tam san-
guine quam dignitate insignem muneribus
alicit, auro corrumpit ut quali dolo possit
Boleslaum decipiat atque fallat. Iste igitur
pannonius auri lucrum insigni nobilitate cu-
pide preferens ad gremium Boleslai confu-
git, exulem se dolose Regis panoniorum
fore mentitur, causas sui exulatus callide
componit,[1] asserens hanc esse precipuam
quod reipublice lechitarum seu polonorum
amantissimus coadiutor[2] extitit et quod sue
gentis machinamenta vel extenuare[3] studue-
rit aut studiose docuerit declinari,[4] quam-
obrem astruit calumniam suorum prevalu-
isse emulorum et in se capitis sententiam
fuisse promulgatam[5] male igitur se male
declinare in meritum quam innoxium[6] caput
submittere indebite noxe, spondens panoniam
subicere pristine condicioni[7]

Panonicus Laodori decipit regem Boleslaum.

Ar. 29.

mentitur panonius.

De prodicione urbis vislicensis.

Erat enim temporibus illis urbs famosissima
in regno lechitarum murorum ~~murorum~~ altitu-
do[8] circumsepta

do circumsepta nomine Vislicia[1] Cujus olim
princeps tempore paganismi fuerat Vislaus[2] — Vislaus de stirpe
decorus qui et ipse de stirpe Regis pompilii[3] — Pompilii
duxerat originem. Hunc quidam Comes eciam
stirpis eiusdem ut fertur, fortis viribus nomi — Etiam de Stirpe
nes Valterus[4] robustus, qui in polonico voca — Pompilii Valterus
batur Vdaly[5] Walterz[6] Huius[7] Castrum Thy- — Thynecz fundatur
necz[8] propope Cracoviam ubi nunc Abbacia — per Kazimirum Mo-
sancti Benedicti per Casimirum Monachum — nachum.
regem polonorum seu lechitarum fundata
consistit in quodam seditioso conflictu cap-
tivaverat, captumque in vincla coniecit, ac
in profunda turis Tynecensis[9] mire custo-
die deputaverat tenendum hic[10] quandam — Incipit de Hel-
nobilem nomine Helgundam sponsam cu- — gunda (Regina.)
jusdam (Regis) francorum filiam habuit
in uxorem, quo ut aiunt clam versus Polo-
niam non sine magnis corporis sui periculis[11]
Walterus et cujusdam Almanie regis filius — almanie regis
in curia regis francorum patris Helgun- — filius.
de prediote foveretur[12] gracia morum cape-
sandorum[13]. Et Valterus prout erat animo per-
spicax, ac industriosus. considerans filiam

regis Algundam

Helgunda diligebat almanorum regem.

regis Algundam[1] in regis Almanie filium a-moris affectum convertisse, quadam nocte menia Castri ascendens vigilem castri[2] convenit ne ipsum quovismodo detegere[3] presumat

Valterus cantat

Sic dulci melodia perstrepuit quod ad huius dulcem vocis sonitum Regis filia a somnio excitata de lecto saliens cum ceteris[4] puellabus somni quietis oblita cantui[5] dulcissimo intenta manebat, donec Cantor vocibus sonorose operam dabat. Mane autem facto Helgunda[6] iubet vigilem accersiri, perquirens diligenter quis nam fuisset ille, qui tam dulciter nocte preterita resonasset, qui se omnimode ignorare asseverans[7] Walterum prodere non presumsit. Sed cum duabus noctibus sequentibus Valterus Adolescens similia[8] caute peregisset Helgunda dissimulare amplius non valens, vigilem, ut cantorem prodat minis et terroribus compellit. Qui cum prodere nollet[9] ipsum capitali summa[10] plecti iubet. Vigil

Vigil prodit Walterum

itaque cum Walterum cantasse nominasset, ipsam[11] in ejus amorem fervide ardescens[12] ad eius vota se totaliter acclinavit filium Al-

marie omnimode

manie[1] omnimode[2] respuendo. Cernens itaque Almanie Regis filius, se pudorose ab Helgunda abiectum, et[3] valterum in amoris alveolum esse subrogatum, nimio zelo contra valterum accensus ad patrem[4] rediens omnia Naula Reni filius[5] occupat, ac ne aliquis cum virgine nisi mercam auri pro navigio exolvat, custodiri solicite committit. Tracto igitur temporis[6] Valterus cum Helgunda oportunitatem fugiendi captant, captatamque inveniunt, et adveniente die optato aufugiunt. Sed postquam rippam Reni fluminis optate[7] perveniunt Naute mercam auri pro navigio exposcunt. Receptamque quousque filius regis[8] adveniat, transmeare contradicunt. Ille autem sentiens ex mora periculum, mox Bucephalum[9] conscendit, et Helgundam retro[10] conscendere iubet, fluvium insiliens, sagitta velocius pertransit. Et dum aliquantisper a fluvio Reni viam peregisset, audit clamorem post terga Almani ipsum insequentis[11] et voce precognita[12] dicentis. O perfide cum filia reges clam aufugisti et pedagio non soluto Renum

requiritur Almanus.

Occupatur Naula Reni.

Valterus cum Helgunda aufugiunt et mercam auri solvunt.

lito Rinum transmeasti, siste gradu[1]: siste

Str. 30. ut ineam[2] singulare certamen, et qui victor extiterit, victor existens equum et arma ac Helgundam retinebit. Cuius clamoribus Walterus intrepide respondens ait. Falsum[3] est quod[4] loqueris. Nam mercam aurinautis tribui[5] et filiam regis non vi raptam[6] sed ultronee[7] me sequi volentem mihi sociavi. Et hijs dictis alter alterum lanceis animose impellit quibus confractis, ensium ictibus pugnant, et viriliter vires excitant. Et quia Almano Helgundam[8] ex opposito[9] positam[10] reputabat[11] aspectus. Idcirco eius aspectibus hilariter confortatus[12] Valterum retroire coegit quousque retroiens Helgundam conspexit. Quam conspiciens tam pudore[13] incredibili persistit, quod[14] eius amore nimio succensus vires resumsit[15] Almanum fortiter impecuit, et ipsum protinus occidit. Cujus equis et armis receptis itinere capto ad propria remeat. Uli honoris triumpho dupliciter trabeatus. Qui ad castrum Tinciniense[16] veniens prosperis

Walterus cum Alemano confligunt

Occiditur almanus per Walterum propter Helgundam.

umeris

itineris successibus feliciter peractis, aliquanto tempore medicandi[1] gratia quieti indulsit, ubi ex querelis suorum intelligens Wislaum decorum, principem vislicien- sem, et[2] sui absencia suis quasdam iniurias irrogasse. Quas grave ad animam[3] revocans causa ulciscendi contra Vislaum insurgit et tandem cum eo confligit et[4] vicit[5] victumque[6] ut premissum est, in profundo turris castri Ginciensis custodie carcerali deputat mancipatum.

Quo Belgunda respuit Valterum.

Post aliquam vero temporis revolucionem ad exercendos actus bellicos more militantium peragendos remotas peragrat regiones. Et dum[7] duorum annorum eius absentie circulus iam revolvisset Helgunda de mariti absentia nimium anxiata[8] cuidam puelle sibi secretarie vultu submisso referre sit compulsa, asserens nec viduam nec maritatam esse, reputans[10] illas que viris strenuis et bellorum certamina indagantibus matrimonialiter commiscentur

Helgunda conqueritur de absencia viri coram secretaria.

miscentur

miscentur.[1] Secretaria vero domine sue luctuosam inopiam pro qualitate temporis perpessam pudore proditionali protinus abiecto cupiens revelare Vislaum principem Vislicie forme elegantissime et corpore venustum in aspectu decorum in turri nunciat mancipatum fundetque[(1)] misera ut ipsum de turri noctis sub silencio extrahi iubeat, et votivis amplexibus debriata ad yma turris iterum caute remittat. Favet illa suasionibus secretarie et periculosis eventibus angustiata vitam et famam honoris exponere non metuens Vislaum de ymo carceris extrahi precipit, et eius viso decoris[(2)] aspectu nimium admirans letabunda efficitur. Nec ipsum amodo ad yma turris mittere[(3)], sed cum eo[(4)] pocius[(4)] cui iam sodalicio[(6)] federe sociata et indissolubili amoris vinculo compaginata, ad urbem Wisliciensem fugam inire eligit proprii viri thoro prorsus derelicto. Sic Vislaus ad propria remeat duplicem se sperans habere triumphum qui tamen in eventu dubio utrique necis apportabat[(7)] interitum. Nam post revolucionem

brevi temporis

Secretaria narrat de Vislao.

Vislaus de carcere educitur et adamatur per Helgundam.

Helgunda cum Vislao ad Visliciam properat.

brevi temporis. Valterus ad propria rediens[2] Castrensibus[1] sciscitatur Helgunda[1] saltem ad valuas Castri sibi non occurit in suo iucundo adventu a quibus cum didicisset qualiter Vislaus de ymo turris custodum fretus auxilio exiliens[3] Helgundam secum asportasset Ipse nimio zelo furoris repletus versus Visliciam festine properat casibus fortuitis se et sua exponere non pavescens urbemque Visliciensem inspe rate ingreditur Vislao protunc extra urbem venationi insistente. At. 31.

Quomodo Helgunda decipit Valterum!

Quem Helgunda in urbe conspiciens ei festine occurit et prona cadens in terram de Vislao quod ipsam violenter rapuerat lamentabiliter querulatur[4] suadens Valtero, ut ad secretiora habitaculi eius ascendat, spondens[5] eiusdem nului subito tenendum putare[6]. Credit ille deceptrici et[7] deceptivis suasionibus circumspectus[8] habitaculum firmum ingreditur in quo Vislao per deceptricem[9] captus[10] presentatur[11]. Gaudet itaque Vislaus et Helgunda

Valterus Vislao per Helgundam presentatur.

et Helgunda iocosis plausibus operam dan-tes de successu prospero feliciter triplato[1] gaudii extrema minime perpendentes quos fieri[2] luctus mortis occupari consuevit. Hunc ergo non carcerali custodia teneri voluit, sed plus quam carceris squaloris coangustiari[3] decrevit. Fecit namque illum ad parietem cenaculi vinctum Bogis ferreis,[4] extensis manibus collo et pedibus fortiter erectum alligari. In quo cenaculo stratum sibi parari[5] iussit. ubi estivo tempore cum Helgunda infra meridiem delectationes venereas exercentes quiescebant.

Valterus vinctus conspicit Helgundam totalem ad Vislao

Quomodo Valterus a captivitate sive vinculis liberatur.

Habebat autem[6] Vislaus quandam sororem germanam, quam ob despicabilitem[7] ipsius nemo cupiebat in uxorem. Cuius custodie Vislaus pre ceteris custodibus Valteri plus confidebat. Hec Valteri aflictionibus nimium compaciens, ipsum pudore puellari prorsus semoto, a Valtero percunctatur, si ipsam habere vellit in uxorem,[8] si sue[9] calamitati subveniret.

ipsum a vinculis redimendo[1] spondet ille et iuramento confirmat, quod eam maritali affectione quo adiunxerit[2] pertractat, et contra Vislaum fratrem eiusdem gladio suo[3] ut eadem optaverat nunquam dimicabit,[4] hortaturque eam ut ensem suum[5] a fratris cubiculo subtrahat, et ipsum apportet, ut cum ipso vincula dirumpat, que mox ense apportato clavem cuiuslibet Boge seu ferree ligature in parte extrema ut Valterus iusserat de ense precidit, ensemque[6] inter dorsum Valteri et parietem[7] reposuit, ut temporis oportunitate captata securius possit abscidere,[8] qui usque in crastinum[9] hora meridiei expectatur[10] Et[11] Vislao[12] et[13] Helquinda iocosis amplexibus in lecto cenaculi dum[14] uterentur Valterus contra[15] morem eos alloquitur dicens

Valterus per sororem Vislai liberatur.

Quomodo Valterus Helquindam cum suo Amasio occidit

Qualiter ne vobis videretur esse[16] si ego solutus a vinculis ensem meum stridentem in manibus gestans ante lectulum vestrum conspicerer vindictam de comissis inferre mandando.[17] Ad

dando. Ad cujus dictum Helgunde cor con-tabuit,[1] et tremebunda Vislao dixit Vere[2] domine ensem suum in cubili[3] nostro non reperi, et tuis affectibus[4] intenta oblita sum revelare. Ad quam Vislaus eciam si decem ensibus fulciretur propter Bogas ferreas rupere[5] absque fabrorum industria non valeret. Ipsis vero sic inter se confabulantibus Valterus liber a vinculis saliens ense vibrato ante lectulum stare conspicitur, et

st. 32. mox datis improperijs[6] manum cum ense in

Vislaus cum Helgunda per Walterum occiduntur

altum erigens, ipsum ensem[7] in ambos cadere permittit qui cadens utrumque[8] per medium scidit. Sic uterque eorum detestabilem vitam miserabiliori fine conclusit. Hujus itaque Helgunde sepulcrum in castro vislicensi omnibus cernere cupientibus in petra excussum,[9] usque ad presens demonstratur.

Hic reddit ad propositum.

Panonius decipit Boleslaum et terigenas ad Visliciam.

Huic[10] ergo urbi munitissime Boleslaus Rex[11] illum panonium putativum exulem quem non ut[12] profugum sed ut patrie[13] alumnum benigne susceperat, et caritativo modo per-

tractans

tractans, prefectivo officio gratiosissime[1] insi-
gnivit. Principis ergo Bolislai Panonius ille
nactus[2] absentia qui ad interiora regni de-
scendens, Regalia negotia dispositurus mo-
ram faciebat,[3] Laodoriadam[4] principem Rus-
sie[5] festine accellerare iubet absentiam diu-
turnam nuncians. Boleslai hostes itaque
~~itaque~~ Vislicie appropinquant, et apropin-
quasse nunciantur. Imperat denique
proditor ille, ut omnes belligeri et cujus-
vis status homines sexus utriusque ad ur-
bem[6] confluant, ac se et sua in ea conser-
vent, ne ut rei crimine[7] lese majestatis no-
tentur, et bona Basilica[8] et mobilia regia
fisco ascribantur. Omnibus vero populis
tam salutis conservande quam urbis gra-
tia luende[9] in urbe conclusis, proditor per-
fidus hostibus valuas aperit populum
exanimum[10] Barbarice nationi feriendum
exponens Anno domini M°CXXXV. sex-
to idus februarii Vislicia destruitur. In
cuius populi efusione cruoris Laodarida in-
humaniter debriatus sic impie sevit, qui eius[11]
crudeli

Laodorus filius Laodori aggredi-tur Visliciam!

1137 Vislicia per Rutenum devasta-tur miro modo.

Xanus sanguis efudit

crudeli sevicia plus humano sanguine ir-ritata[1] quam saciata rabie existens ad pro-pria revertitur sine omni lesione. Illum

Proditor panonius per Rutenum privatur oculis et lingua

autem Panonium perfide prodicionis fi-lium utroque[2] lumine privat lingua pre-cisa et enervat[3] ne de radice colubri & de perfido perfidum quid pestilentius propa-getur. Quo audito Boleslaus prout[4] erat iniuriarum ultor atrocissimus, mox Russie fines attingens Russiam ingreditur, Laoda-

Boleslaus Russiam agreditur et ulcis-tur.

ridam perquirere iubens.[5] Sed ille sibi ma-le conscius repente ut capra silvestris lustra nemorum penetrat et inter[6] saltus et lucos ferarum mores delitescit.[7] Boleslai-de vero leonibus truculentiores in populum Rutenicum[8] graviter deseviunt, non Bor-gis, non urbibus, non municipiis parcunt.[9] Nec ulli sexus aut etas,[10] aut sanguinis genero-si sublimitas patrocinium[11] conferre putat,[12] quin omnes[13] qui reperiri poterat,[14] valur mucro[15] inhumaniter absorbuit.[16] Sic Bole-slaus in Laodorida[17] ulcione centuplata ad propria revertitur cum honore[18].

De Expul

De Expulsione C. Regis Haliciensis.

Post hujusmodi secuam[1] Boleslai ulcionem Rutenis ut premissum est asperrime inflictam[2] Alie Russie[3] et aliarum provinciarum circum adiacentium principum comunicato consilio ac[4] eorum freto[5] presidio[6] cum aliter ipsis possibilitas adesse minime videretur, potentie Boleslai resistere posse: C.[7] Haliciensem Regem principis Boleslai generum de Regno eiciunt, qui ad Regnum Boleslai soceri sui confugiens apud ipsum cum uxore aliquamdiu fuerat commoratus.[8]

Ruteni Regem Haliciensem eiciunt.

De dolo Rutenorum contra Boleslaum.

Rutenorum ergo princeps[9] invasione[10] Boleslai, quem ut fulguris[11] impetum abhorrebat terribiliter formidantes, dolum credulo intermiscent ut quem armis vincare non possint sola saltem credulitate vincant. Omnium ergo principum sibi adherentium, et Barbarice gentis multitudine armorum[12] studiose

S. 33.

studiose permutus recollecta, primatum pri-
mos ex parte totius Regni Halicien. procerum
ac universitatis ad Boleslai presenciam in le-
gationem[1] dirigunt offerentes, se ipsos cum na-
tis ipsorum et omne Regnum devotis obsequiis
ad Boleslai scabellum provolui, qui regem[2]
fraterno ipsorum colligit[3] amplexu. Panonii
vero[4] Haliciensis Regni contigui, et[5] Rutenorum
astutia non ignari, querelas calidissima a-
stucia comentatas[6] deplangunt subsidiari
deprecantes, ut regem propulsatum regno
restituat,[7] suasque illi copias armatorum
subsidio pari remittunt,[8] utranque tamen
majestatem et[9] sic Boleslai et exulis flagen-
tissimis[10] suspiriis exoptant. Talibus ergo sua-
sionibus[11] deceptivis princeps Boleslaus nepha-
rie deceptus haliciensem provinciam cum
parvo exercitu ingreditur. Cui quedam panonio-
rum caterve et demum Rutenorum cunei
innumera numerositate conferti alterna-
tim succrescunt, Regem exulem humili vo-
ce suscipiunt & Boleslaum consalutant om-
nes tamen succesive in postremas acies re-
labuntur

Decipitur Boleslaus per rutenos.

Suscipitur Boleslaus ficte

relabuntur. Boleslaus itaque rem tacitus consi-
derat quam principi milicie Wseborio[1] aperire festinat. Suspicaris[2] inquit Wsebori quod ego suspicor? Qui respondit, quod suspicaris, qui ait, Cernis vel omnis hos pene in caudam relabi, quorum[3] hic agitur. quid ergo non est mora libera nobis, turpe viris non esse viros[4] diffi-
ciles aditus quisque subit subitus.[5] Dum hec invicem altercarentur.[6] Ecce innumeras Ruthenorum et Barbarice[7] gentis turmas eminus venire suspicantur.[8] Sic itaque concurrunt acies et pila micantia[9] pilis. Geminus Boleslai exercitus[10] urget hostis unus a tergo, alius a sincipite fortiter impugnans. Clamat igitur Boleslaus, Eya viri Eya pungnare[11] non convenit non segniter a prelio diverti, versus: ut bene pungnetur, bene pungnans efficitur[12] hostis. Quidam autem vir Boleslaides magnus genere, sed degener animo et primus fugam de prelio iniit, cujus ignominiosa fuga non tam victoriam victorioso Boleslao adimit, quod titulum victorie quasi quadam nube abduxit, aut ut verius dicam solem[14] sole illustravit.

Suspicatur Boleslaus de tradimento

Barbarice turme contra Boleslaum.

Polonus aufugit de Prelio

Nam usque

Nam usque ad hunc diem, et si crebre[1] Boleslai virtus tam inestimabilis audita fuit, non tamen panoniis credita, et Ruthenorum gentibus[2] notat[3] manifesta existit. Cujus equus tam labore quam vulnere dum fugatus[4] succumbit, Boleslaus pedester cum hostibus confligit, dimicat et prosternit. Quem quidam originarius[5] de proprio equo prolapsum[6] illum conscendere[7], et tandem Boleslaide non victi, sed vincendo[8] fatigati; quidam autem ex ipsis a prelio divertunt, quesdam autem prelij labore fessos hostes capiunt, et ad propria cum[9] Boleslai lamento[10] abducunt. Tot enim et tanti ex gente lechitarum fuere capti, quod gens lechitica licet omnem thesaurum in auro et argento, et diversis clenodiis, eciam qui tempore[11] Boleslai magni ex tributis diversarum nationum, in Regno polonico habitus et reconditus habebatur, in captivorum redemcionem[12] positus fuit[13], non tamen redemtionem[14] singulorum suppetebat, quin plures non mediocri sanguinis viri, in miserabilem servitutem genti paganice venditi vitam infamem et miserabilem terminarunt. Et

ergo frustra

Boleslaus pedester pungnat

Boleslao datur equus ad pugnandum.

Alias decipitur Boleslaus dum vincitur per rutenos et lechite captivantur tot quod thesaurus antiquus ecclesiis a tempore primi Boleslai in auro et argento de tributis diversarum nationum reconditus, non sufficiebat pro redemcione polonorum taliter quod iterum multi ad alium paganissimum vindebantur nobiles.

ergo frustra[1] panonie pars ignominiosa glo-
rietur triumpho, nec victa[2] nomen victricis
usurpet, quam potius pudeat sue fraudis
iugulum meminisse. Boleslaus itaque de
suorum captivitate, quamvis satis anxius, ad
propria tamen incolumis rediens, illum fu-
ge militem, tribus donariis premiandum fore
attolit. Collo videlicet penso et leporum[3] pelli-
cio, in quibus collum ferreum[4] pensum vero
versatum lepus metulosum[5] designabat. Qui-
bus donariis vir animo ignobilis sic pudo-
rose receptis, et quid designasset intellectis[6]
seipsum ad loramentum campane pro-
prii oratorii suspendit, miserum seipsum[7]
exalando. Cuius exitus eciam in colo pati-
bulum, in penso laqueum et in lepore
fugam sepius[8] poterat designare. Origina-
rium autem illum insigne[9] libertatis gracia,
servituti emancipat, emancipatum locuple-
tat, locupletatum nobilitat. Iuxta illud[10] pro-
pheticum. Et de stercore erigens pauperem,
ut sedeat cum principibus, et solium glorie
teneat. Huic[11] autem strenuissimo Boleslao
nihil vir..

str. 34.

nihil virtutis aut industrie defuit si tamen habenas crudelitatis parcius laxavisset. Iste vero[1] Boleslaus post modum abbaciam in loco Castri Calvi montis et etiam in Szcze-chów quendam[2] nobilem nomine Szczecho-nem[3] aliquibus bonis coenobio Szczechoviensi adiunctis, ordinis sancti Benedicti, in hono-rem sancte Trinitatis, et sancte[4] virginis devote fundavit. Hic cum conspiceret vite[5] terminum plus labore preliorum confractus[6] quam senio confectus appropinquasse, et fa-tale munus[7] iam a se exigi sentiret, quatuor filiis Regnum polonie dividit testamentales codicillos conscribi iubendo Wladislao vero primogenito Cracoviensem,[8] Siradiensem, Lanci-ciensem Slesiam[9] et Pomoraniam[10] et princi-pandi auctoritatem legat. Boleslao Crispo Mazowiam, Dobriniam Cuiaviam et Culmen-sem Castellaniam et Michaloniën.[11] Meszkoni vero Gnesnam, Poznaniam et Kalis[12] cum ea-rum appendijs. Henrico primo Sandomiriam et Lublin et Podolie[13] provincias similiter[14] at-que ducatus deputat atque legat prout ab

Boleslaus abbatiam calvi montis funda-vit et monasterium in Szczechów

Testamentum Bo-leslai

Wladislaus

Culmensis.

olim provincie

olim provincie predicte sub[1] terminis fuerant circumducte.[2] Suggeritur ille[3] de quinto filio adhuc infantulo nomine Casimiro, cur illi nullam[4] nominaverat porcionem. Quibus ille, Jam inquit dudum nominavi et legavi stupentibus illis, que nam esset quinta[5] dixit, non cernitis quatuor tetrarchiis quadrigam, tetrarchie esse fabricam. Sic isti parvulo quarte rote in quadriga legatur successio. Cessat[6] ergo o proceres inofficiosi querela testamenti. Equum etenim partes pupillares tutoribus debere commiti non pupillis salutari. Ergo sumpto antidoto felicem functus est diem princeps felicissimus Boleslaus. Anno Domini MCXXXVIII. etatis sue LVI° unde de hoc extat versus.[10] Moritur Boleslaus optimus licet in fine deceptus.

Sequitur de Wladislao secundo pessimo.

Succedit igitur[11] patri Wladislaus tam primogeniture privilegio, quam per patrem Regni successione insignitus. Erat itaque in se princeps humanissimus, sed uxoris atrocitate ab humanitatis ingenio desistere sit[9] assuetus

asvetus. Qui eo imperare[1] serius studuit,
quo artius uxoris amplexibus indulsit. Non
enim de uxoribus[2] facile triumphatur, que
si semel triumphasse permittantur[3]. Nec victri-
cis[4] animositas eciam vicisse sit contempta[5]
nisi queque invictissimorum colla suis
suppeditare curet imperiis. Fuit etenim se-
cundum quosdam consanguinea Imperatoris
Henrici Regis pragitarum propinqua, vestem
et calciamenta et mores polonorum Nobilium
detestando deridebat, virum suum semiprin-
cipem nominat. quem quarta[6] Regni particu-
lam[7] derisione[8] contentum[9] affirmabat, viri igi-
tur animum more[10] femineo inclinat[11] ut fra-
terna pietate exutus hostilem animum indu-
at et fratres suos[12] pubertatis etate gaudentes[13]
Ir. 35. privat[14] et eorum urbibus occupatis penitus ex-
hereditare[15] contendat invasionibus[16] occasionem
palliata nequicia contra fratres habeat, a
subditis eorum incolis tributa requirit. Ju-
venis itaque ad uxorem Wladislai concur-
runt, prona supplicatione prostrati, mu-
nimine ejusdem plus lacrimis quam lin-

qua beneficio

que beneficio exorabiliter, ut fratris sevi-
ciam placare dignetur[1] imploravit, sed faci-
lius leonis mansuesceret rabies, quam hujus
femine truculencia, solius enim[2] est iuxta dic-
tum cuiusdam[3] sapientis, Atrox femina omni
feroci[4] bestia truculencior, et mansuetudo femi-
nea omni serenitate serenior[5]. Vetus[6] femina
raro bona, sed que bona digna corona. Sic
fratres iuvenes hostem suscipiunt a quo patro-
cinium[7] sperare debebant. Verum[8] vir ille
Pyothrko[9] magnus qui Vladislai amicam[10] ha-
buit[11] uxorem Wladislao suadet, ipsum que
hortatur: ut a persecutione fratrum desi-
stens ipsos potius fraterno amore, presertim
tenere etati eorundem compatiens prosequa-
tur. Qui ob hoc Pyotrkoni Comiti quam-
vis nimius[12] molestus fuit, metuens ne
fratribus suis apponens sibi bellum infli-
gere presumat temere[13], caute dissimulans
vindictam inferre obmittit. Sed dum[14] Pyotr-
ko Comes prefatus nupcias filie sue quam
Jaxe[15] tradiderat[16] celebraret[17] Wladislaus mis-
sis clientibus[18] ipsum capi et lingua pre-
cisa exoculari.

Pessima Regina.

De Pyotrkone Magno predicto.

Pyotrco Comes tradit filiam nuptui Jaxe et tandem per regem Wladislaum ...

um excitatur et lingua pre-ciditur sed di-vinitus restau-ratur ut supra.

cisa exoculari fecit. Cui[1] divinitus tam lo-quela, quam visus fuerant restaurati[2] as-sumserat enim incrudelitatis sue tegu-men,[3] quedam fiticinia[4] ut aiunt per ipsum-met conficta,[5] qualiter quodam tempore dum venationi insistens in nemore so-lus cum petro[6] memorato errabundi per-noctarent, eidem Petro iocose dixisset, quod uxor sua cum quodam sacerdote Curie[7] eius-dem mollius quiescerent,[8] et quod Petrus Wladislao de uxore sua similia peroras-set ipsam cuidam militi apponendo asse-rens propter hoc non lingua solum et oculis sed etiam vita ipsum privari de-buisse.

De Pyoshrkone Magno.

Isti enim[9] Pyoshrkoni penitenciarius pape[10] cum Romam inisset et de thesauro Regis Danorum mortui asportato confessus fuisset pro penitentia iniunxit ut septem monaste-ria erigeret et convenienter donaret.[11] Cui[12] re-

diens in

diens in suburbio Vratislaviensi in honorem Beate Virginis Marie Abbaciam Canonicorum regularium in Arena, et aliam in honorem sancti Vincentii extra urbem eandem fundavit et abunde donavit.[1] Item abbaciam in Gyrwiensko,[2] monasterium sanctimonialium in Strzelna, preposituram ad sanctum Laurentium prope Kalis, Abbaciam in Sulcow,[3] preposituram in Mschow[4] similiter erexit,[5] et alias LXX. ecclesias ex lapide dolato et coctis lateribus fortiter construxisse, quarum quasdam imperfectas reliquit morte preventus quas filius suus[6] Constantinus iussu patris post mortem eiusdem[7] dicitur perfecisse. Hunc enim in comitem de Skrzyn[8] creaverat largitas Magnifica Boleslai. Sed nunc iterum ad Vladislai discriminosam seviciam redeamus. Pyotrconis gesta, que per se scripta habentur obmittentes Wladislaus itaque non motus fratris[9] lacrimis, nec polonie procerum precibus instantinis,[10] exercitum fortem[11] tam de Russia quam de alijs terrarum vicinis[12] partibus congregat, et

prims

Pyotko VII. monasteria erigit in arena et sancti Vincencii in Wratisl. in Gyrwyensko, in Strzelna, in Calisch ad sanctum Laurentium in Sulcow in Mscow

Hic etiam LXX. alias ecclesias construit

Filius Pyotrkonis Constantinus Comes de Skrzyn

Wladislaus Malus.

primo Henricum de Sandomiria,[1] deinde Boleslaum de Marovia,[2] ac de aliis terris fugam inire compellit, et[3] eorum dominis[4] pene omnibus improbe occupatis ipsos omnimode exheredi tare proponit. Cum quo

Wseborius — Wseborius princeps militia vite[5] pupillorum sepius non improspere conflexit.[6] Cuius freti confidentia principes parvuli la-

str. 36. — crimas obmittunt, et armorum studiis animosius insistunt. Proinde Wladislaus de suis minime confidens exterarum[7] turmas attrahit nationum quas in fraternum iubet crassari[8] excidium qui tandem de nulla virtutis potentia amplius presumentes,

Pozyn — ad Pozyn[9] urbem que sola iam eorum[10] restabat presidio cum fratre Meschkone conflixerunt.[11] Circa quam[12] Wladislaus omne robur sui exercitus applicuit,[13] et obsidionis ingenium animose gessit, tanto securior[14] quanto milicie copiosior existens. Et dum aliquanto tempore Wladislaus in obsidione[15] castri Posnaniensis moram facit terris polonie per barbaricam gentem sui exercitus

tus necem crudelissime inferendo. Jacobus primus Archiepiscopus Gnesniensis ad staciones exercituum accedens papilionem seu Tentorium Wladislai in suo curru parvulo residens intravit. Ipsumque sub obtestatione[1] divine[2] vindicte[3] obiurgando monuit, ut a fratrum[4] persecutione cessaret,[5] et super efusione christiani sanguinis, stupracione virginum ac violatione matronarum que incessanter[6] Barbarica gens sui exercitus sua[7] gente, de qua et ipse oriundus extiterat[8] npharie exercebat, clementer compaciens ad propria studeat[9] pacatis[10] fratribus declinare. Cui[11] dum more pharaonis corde indurato sacri presuli monicionibus parere contemsit, ipsum archipresul[12] veluti contemtorem, et christiane fidei inimicum, ibidem mox Anathematis vinculo innodavit. Quo facto currum de papilione exire faciens, statuam papilionis seu tentorii casu inopinato vector currus[13] cum curru confregit, que cadens cum parte tentorij Wladislaum fere oppressit

De Jacobo Archiepiscopo Gnesnensi qui Regem Wladislaum excomunicabat.

sit presagium futuri mali Wladislao ostendit,
monstrans, nec ob hoc Archiepiscopo fuerat
indignatus sed casum huiusmodi fortui-
tum sustinuit pacienter, propter quod du-
bium non est prolem suam partem Re-
gni Polonie post ipsius decessum posse-
disse, quam eciam usque in presencia-
rum tempore[1] cernitur possidere. Denique
Sandomirite Mazovite, Cuyawite et[2] Po-
loni dominos suos pupillos ferventissi-
mo affectu insecuti, frequenter Wladislai
exercitui parant insidias, incautos tru-
cidant capiunt et in vincula conjiciunt.
Et tandem cum pupillis industriose de-
liberantes, Castra seu stationes Wladislai
caute invadere deliberant, ita signo de tur-
ri castri extrinsecus dato latentibus in sta-
ciones Wladislai uno momento hÿ de Ca-
stro et hÿ de latibulis irruere non pauescant.
Interea quidam pupillaris[3] miles Wladi-
slai[4] occupat atque capit. Et quid nam in
castris agatur fateri iubet. Agnoscunt illi
nil de pupillari resistentia suspicati, sed

inter

inter epulas lasciva securitate.[1] Tempore igitur meridiei, dum Wladislaus et sui exercitus epulari cepissent, castrensem[2] de turri posnaniensi retro Ecclesiam Sancti Nicolai situate clipeum rubeum ter in altum erigunt et submittunt, quem princeps Rutenus Wladislai propinquus erigi et submitti considerans a Wladislao percontari precipit,[3] quidnam erectus clipeus designabat ad quem[4] Wladislaus, fratres mei gracie mee se submittere ostendunt. Cui ille fratres ut gratie pristine restituat exhortatur. Sed Wladislaus tumore superbie inflatus respondit non esse locum reconciliandi, cum eorum exterminium iam discriminosum[5] fuisset. Inter quas confabulaciones pupilli, de Castro Posnaniensi cum paucis quidem, sed armorum exercitatissimis in hostes morose procedunt, aliique de latibulis prodeunt, Castra Wladislai repente invadunt, contra epulantes ieiuni insiliunt, catervas hostium arduissime penetrant et fortissime ensibus mactant, trucidant et occidunt, sic ut[1] Rivi Czibina et Glowna,

Poloni inter se pungnant.

Clipeus rubeus de Castro Posnaniensi ter in altum erigitur et rubeus . . . .
. . . . . .

fo. 37

Rutenus exortat Wladislaum ut fratres ad gratiam recipet

Devastatur exercitus Wladislai per fratres suos.

Glowna iuxta quam[1] certamen belli gerebatur ex cruore occisorum inundati Vartham fluvium Ripis altius replevisse perhibentur unde[2] ~~unde~~ Wladislaus qui de multitudine sui exercitus[3] paternam monicionem Archiepiscopi obstinata mente, ac anathematis contemserat mucronem[4] confusus circa Poznaniam Anno domini MCXLII. Cracoviam rediit mestus et totaliter corde desolatus, quem Boleslaus Crispus Meszko et Henricus non ut pupilli sed ut principum Serenissimi suorum fidelium manu fortium copiose recollecta, aliquanto tempore post bellorum certamina quieti[5] multo animose insequuntur. Quorum adventum Vladislaus non audens praestolari versus Ungariam fugam init[6] et demum ad Curiam Conradi Imperatoris cuius sororem habebat in uxorem se transtulit subsidiari poscens, uxor autem illa ferocissima gygas[7] eiusdem per Boleslaum et Myeszkonem de urbe Cracoviensi versus Almaniam cum duobus filiis Boleslao et Myeszkone virum sequi compellitur et sic eandem perniciem quam levitis[8]

fugatur Wladislaus per fratres usque ad Hungariam.

Imperator cujus sororem habuit

regina degitur versus Almaniam cum duobus filiis.

evenire op-

evenire optaverat: fortuna variante meritorum ordine in ipsam retorsit. versus: Discat in auctorem pena redire suum

De Boleslao quarto cognomine crispo.

Boleslaus igitur cognomine Crispus tam quam secunde uxoris Boleslai primogenitus et Wladislao secundo natus eidem in regno succedit[1] qui omnes cupiditatum causas prudenter abjiciens tamen sue dignitatis mores exercet non ea solum fratribus deferens que ordo successionis et iuris non poposcit, sed impertinentes[2] quoque provincias caro affectu collargiens[3] eiusdem[4] videlicet Meszkoni et Henrico. Nam Casimirum utpote adolescentulum quasi filium educare[5] committit, non ut illi gratiam[6] participii prorsus abneget, sed ne tenellum vitis palmitem vento levitatis exponat, quia quod flamina[7] oleo[8] hoc[9] adolescenti libertas videlicet exhibere. Wladislaus itaque sui met immemor minutissime tamen resistens[10] urbi Ratiboriensi Imperatorie culmen[11] concitat maiestatis

Boleslaus lutus, sed in fine habuit infortunium erga proprias terras.

De Casimiro

iestatis uxoris et filiorum allegans sangui-
nis proxime racionem Bohemorum quoque
et Russie principes solicitat propinquitatis
annexo[1] Iure assignans ut sue calamitati

Imperator supplicat pro Wladislao ad Boleslaum.

dignantur[2] subvenire intendant. Imperator
itaque tantis allegationibus persuasus soro-
ris quam[3] et nepotum motus lacrimis Bole-
slaum crebris interpellat legatorum moni-

str. 38.

tionibus, et fratrem[4] saltem patrimonii
parte, non regno sublimatum restituat.
sed Boleslaus quanto pertinatius monitio-
nibus[5] eius parere[6] detractat, tanto artius[7]
animositatem Imperatoris in se provocat.
Omne itaque robur Imperii in Boleslaum
conspirat, fit igitur manus omnium con-

Manus omnium contra Boleslaum.

tra Boleslaum et manus Boleslai contra
omnes, bina quoque illi electio proponi-
tur ut videlicet Regno cedat, aut belli

Nota Boleslaus exercitus omnes Imperatoris et Bohemorum fame devicit.

conflictum non declinet, sed vir industris[8]
utrinque[9] dissimulans amputat hostibus
utraque[10] pabulantia subsidia, illud robur
invictiosissimum[11] legionum peste fame[12] con-
tabuit Boleslaus sine bello cum hoste con-
fligit,

fligit, et sine prelio industriose triumphat.
Denique Wladislaus crudelis tercio anno exi- | uxor wladislai in
lij sui, mortua uxore sua, et in Aldemborg | Aldemborg ubi ego
sepulta vocatus per fratres suos ad Colloquium | fui sepelitur opti-
in Ploczko(1) ubi in eodem colloquio graviter in- | mum Castrum et Ecclesia maxima Ca-
firmata(2) moritur, et in Ecclesia cathedrali | thedralis in Castro quod nunc Misnen detinent.

Wladislaus in Ploczk mortuus sepelitur

ante altare maius, primus ducum Polonie
ibidem sepellitur, quo defuncto Conradus
Imperator Boleslao non armis sed pretio
instar(3) ut orphanis wladislai misereri digne-
tur ipsos equali(4) porciuncula terrarum ~~fra-~~
~~trix~~ consolando Boleslaus itaque qui per
Imperatorem vinci non poterat materno(5)
non dedignatur obedire Imperio, et gratuito
amplexu fraternos filios ab exilio revocat | ab inde credo ego Slesia discessit a polonis
inhumanitati solacia impendens ipsis Sle-
siam(6) provinciam donat, Opoliensem duca-
tum adiungens quorum primogenitus Bo-
leslaus Altus vocabatur, secundus Mieszko
loripes Tertius Conradus primus(7). Et hij tres
tactu(10) temporis inter se terras diviserunt in hunc
modum videlicet Boleslaus altus ratione pri- | Wratislavia.
mogeniture urbem wratislaviensem pro se re-

tinuit

Opolia.

tinuit cum suis appendijs universis Myeszko ni loripedi[1] tantummodo Opoliensem urbem cum suis adiacencijs assignando, et ob[2] hoc videlicet propter inequalem divisionem[3] inter Myeszkonem et Boleslaum plurimis annis[4] lites viguerunt. Conradum vero Juvenem Conradus Imperator avus eiusdem ut quidam referunt Abbati Woldensi[5] commiserat nutriendum. Hijs itaque peractis Boleslaus Crispus ad depopulandas terrarum i. prussorum provincias animum suum bellicose convertit, quos non solum hominibus, sed eciam animabus cristianorum constat esse infestos, quorum quibusdam post bellorum multorum discrimina tandem animose[6] subactis hoc edictum promulgavit, ut qui christiane religionis caractere insigniri elegisset absoluta gauderet libertate. Nullumque[7] in rebus pateretur dispendium, qui autem gentilitatis ritum deserere[8] contemsisset rebus confiscatis, ultimo capitis plecteretur supplicio, sed eorum assumpta religio, tanto fuit brevior, quanto coactior videbatur Max etenim Boleslao ad propria redeunte in

H. subiugavit sibi prutenos et edictum opportunum contra ipsos pro fide christiana promulgavit.

apostasie

apostasie[1] gurgitem resiliunt culturam ydo-latrie resumentes. Nuncios itaque ad Boleslaum destinant obnixe supplicantes ut tributorum dationibus et obsequiorum prestationibus contentus ipsos a ritu tradicionis paterne recedere non arcet,[2] sed hunc collere permittat sufficere siquidem arbitratus sibi est Boleslaus sic quod principis est, dependatur[3] principi[4] quod Dei est Deo denegetur. Non enim illa[5] exigetur[6] ulcio Apostatici contagii (dummodo salva sit Regalium reverentia pensionum. Ob hanc causam deo permittente non solum deinceps denegant sed contigua regni occupant, occupata diripiunt. Direpta ad instar luporum obducunt. Sicque factum[8] ut Boleslaum quem zelus dei et[9] augmentum cristiane religionis, non novit,[10] durior saltem tribulationis ictus stragem excitavit.[11] Tandem Boleslaus congregata exercitatissimorum[12] innumera multitudine polonorum provincias Gottorum[13] feroci animo[14] aggreditur hostes non tam[14] propulsans sed omnino[15] delere intendens, quorum provincie

H[ec] pruteni in apostasiam recedivaverunt

str. 39.

Non abinde pruteni recesserunt a polonia

Pruteni non solum non obediunt sed partem regni occupant

Boleslaus intendit Prutenos delere

provincie nulla prorsus arte munite[1] sed nature situ inaccessibiles existant.[2] Est autem[3] in ipso transmeatus de vestibulo densetis[4] diluviorum undique consertus palude[5], in quo limosi bituminis abissus sub quadam, ~~sub quadam~~ graminum virentia delitescit[6] per hec autem loca quidam gete[7] seu prussy Boleslai familiarissimi[8], prutenorum donariis[9] corrupti turbas electissime gentis lechitice[10] ducere affirmant, securissime transitum planum et securum profitentes in quo[11] turbarum prime ruunt acies, per angustum[12] semite limitem incedentes,[13] nam ex insidiis hostes ebuliunt, spicula iactant et quasi cuiusdam torcularis impressos absque prelio conculcant lechitis[14] aprorum more in cuspides irruentibus Nonnullos armorum pondere pressos abissi profundum absorbuit, quorum casum miserabilem diuturno tempore diverso modo[15] polonia lugubriter deplangit, et extunc Boleslaum bellici deservire[16] triumphi, ac[17] non multo tempore post hoc, etate matura decessit

Anno

Hic per prodicionem debellatur exercitus polonorum per prutenos

plangit polonia suos lugubriter deserunt Boleslaum triumphi et moritur.

Anno domini millesimo C: XL lesthoni[1] filio suo ducatum Mazovie et[2] Cuiavie derelinquens. Taliter quod[3] si ipsum sine prole decedere contingat, extunc[4] frater eiusdem Boleslai nullam adhuc habens terrarum portiunculam[5] eidem in ducatibus Cuiavie et mazovie succedat.

De lesthone condicionat

Casimirus

De Cunrado Imperatore.

Anno itaque domini M°C XL VII° Conradus Imperator poloniam intravit et cum multis principibus Ierosolimam pergit pro recuperatione dominici sepulcri pugnaturus,[6] quem Boleslaus[7] Crispus honorifice suscepit: et magnifice pertractat.[8]

Cunradus Imperator Ierosolimam pergit, per Polonos honoratur.

De Myeszkone filio Boleslai Krzywousthy.

Post decessum itaque Boleslai Crispi Myeszko[9] frater eius tercius, qui sicut erat Boleslao (natu) proximus, sic et in regni successione propinquus, in regno successit eidem auscultabant illi omnes adherentes provincie afflue-

cie affluebant obsequioso affatu[1] undique principum remotissimorum sublimitas arridebat, omnis dignitatum gloria applaudebat eidem in prosperis successionibus, omnis fortune elegantia non illi bellorum defuere triumphi, et super omnia vota creatorum[3] transcendens numerose prolis in utroque sexu felix comitabatur successio, mascula proles omnibus intuentibus veneranda, feminea vero cunctis generosa[4]. Nichil enim prorsus[5] visum est illi humane felicitatis defuisse, quamvis nemo tam felix sit, quin cum aliqua felicitatis parte rixetur. Iste Myeszko ob gravitatem[6] morum senex est appellatus. Hic Anno Domini M°CXLV° abbaciam laudensem[7] adhuc in Juvenili etate existens[8] et de[9] suis bonis sufficienter dotavit. In Calis vero eciam[10] in honorem sancti Pauli de lapidibus dolatis[11] fundavit et construxit, In qua prepositurum[12] et aliquot prebendas instituit et dotavit, Ecclesie quoque[13] Gnesnensis partem extremam de plumbo tegere

Str. 40.

Myeszko Senex malus.

fundavit abbaciam laudensem

Hic fundavit Ecclesiam in Kalis seu prepositurum cum prebendis

Ecclesiam Gneznen. texit cum plumbo

bo tegere

bo tegere fecit habuit namque duos[1] filios, quorum duos[2] videlicet Odonem et Stephanum ex filia regis hungarorum[3], reliquos[4] tres ex consanguinea fredrici Imperatoris Regis Romanorum susceperat, horum itaque et filiarum[5] affinitalibus, quampluribus[6] diversarum nationum,[7] provinciarum principes sibi attraxit in amicos. Princeps enim Bohemorum Boleslaus Dux Saxonie gener eius princeps russie socer filii[8] huius,[9] princeps[10] Rugie socer alterius. Nam Stephanus Boleslaus et Myeszko inconiugati decesserunt. Sed quid super hec. Sepe enim summa[11] prosperitas summum parit infortunium, presertim cum omnis glorie sublimitas quo[12] sublimior est, eo proclivior ad lapsum existit. Nam Myezko tot privilegiorum prorogatura[13] subvectus[14] „proch dolor" cuiusdam securitatis insolentia devictus in quendam torporem repente dilabitur non advertens, quod nulla[15] sit insinuatio[16] tranquilitas, que in nisi

securitate

Myeszkonis sunt duo filii Odo et Stephanus ex filia regis Ungarie et alii tres ex Imperatoris consanguinea.

Allegatio de infortunio.

securitate nonunquam proximum pronun-
ciat naufragium tempestatis. Illam etenim
asperitatem Roboam filii[1] Salomonis assu-
mens optimatibus Regni[2] dicere presumsit,
qualiter minimus digitus eius grossior[3] es-
set[4] dorso[5] patris sui, addens, quod si pa-
ter meus virga vos cedebat, ego cedere fa-
ciam vos[6] scorpionibus", ob quam causam
scissum est regnum Israel, et ablatum est
ab eo usque in sempiternum propter

Gethka Cracov. Epus.

quod Gethka[7] Epus Cracoviensis ipsum cre-
bris exhortationibus monere studuit, ut
animi securitatem[8] erga regnicolas depo-
nens, terram suam velut matrem filius
non ut primogenitus novercam favori-
bus gratuitis amplexetur privignalem e-
nim hostilitatem[9] induitur qui cala-
mitati materne minime miseretur. Hor-
tatur insuper, ut officiales rapidos com-
pescat, qui suam iussionem[10] nodis dis-
cipline penitus dissolutis in populum
regni ferventer deseviunt, nec almo[a] sitire
videntur, quam ut lacerato grege gregis
cruore

cruore debrientur,[1] sed ex hoc princeps majoris odij causas in presulem confert asserens eum talia non zelo pietatis, sed invidie oblatrasse nec enim dolore seu prurigine caret cuiuslibet levissimus apostematis tactus, unde tam de presule quam de quibusdam proceribus terre Cracovien[2] natu maioribus ulcisci concipit[3] Episcopo ~~exsiia~~ quidem proscripcionis occulte meditatur exilium Alijs vero mutilationis[4] dispendium sed conceptus[5] principis antistiti non latuit, qui industrio se illius machinamenta declinat et alios devitare docet, proceres igitur provincie Crac: cum Gethka eorum Antistite secreta secum deliberatione pertractant Turpe igitur[6] est ingenuitatem ancillari et importabilem[7] tot calamitatibus premi. Inter quos vir quidam insignis sui consilii responsa proferens, non vos latere arbitror que et quanta Casimiri ducis Sandomiriensis est[8] fama,[9] cujus odoramenta[10] licet omnibus sint notissima, cunctis tamen incognita

St: 41

Gethka Episcopus cum Proceribus tractant quomodo recederes ut a Myesztone et Casimiro adherent et ita factum fuit.

incognita habentur. Sub hujus[1] itaque umbra anima[2] quietis[3] non[4] captata,[5] convenit ut[6] eius salubri oleo nostri tumor doloris leviter fomentatus detumescat.[7] Huius namque persuasionibus, tam presul quam proceres uno animo inclinati Casimirum caute adeunt orant et sollicitant ut se Regni dignitati non ambigit,[8] nec regnare[9] appetit, supplicationi eorum tamen benigne annuens misereri non contemnit, ad quos illa[10] antiqua inquit et antiquata penes vos est huius tentacionis indagacio, nec tam subito a vestra poterat evelli memoria qualiter primi principum Iaxa videlicet et Swanthoslaus et cuncti pene proceres me licet renitentem[11] ad idem regni[12] pertrahebant Et[13] propulsato strenuissimo principe fratre meo duce Boleslao securus[14] imperassem, sed fraterne pietatis amplexum[15] omni[16] imperio preferre malui, Et quia tunc pure innocencie studio[17] lavi pedes meos

Casimirum postulant ꝗ Myeszkonem

verba prudentia Casimiri.

meos, quomodo nunc in fraterno sangui-
ne inquinabo[1] illos. O quam detestabiles
ad principatum illi gradus per quos
in se homicidium, in fratre fratricidium,
in fratricidio patricidii presumta temeri-
tas consistit. Quo namque modo quo pac-
to, in cuius exterminium insurgam,[2]
qui me plus quam paterna fovit pie-
tate, quem[3] ceteris plus quam filiali
devotione semper colui, et venerari
non desii,[4] per iniquum,[5] et exemplo
perniciosissimum, prorsus est iniquis
quandoque prosperare[6] commerciis. Sed
illi sane inquiunt, Princeps Serenissi-
me parcendum erit pietati, quia tunc
nulla necessitas honestatis causa[7] in-
tercesserat, sed tantum solo factionis
impetu contra illum perstrepente. Hic
autem alia ratio pactum reformat ubi
omnes extrema urget necessitas, quibus
nisi tua festine[8] succurat clemenentia
suffocari necesse est, cum ulla[9] sit trans-
migrandi facultas. Vir[10] itaque tam crebris
Episcopi

Non legi polonos sed Cracovitas hii abnegare proprios dominos.

Casimirus versus Cracoviam proficiscitur

Episcopi Gethce, ac procerum importunis[1] instanciis quam amicissimorum impulsus consiliis Cracoviam cum paucis adiit ne violenta occupatio plus videatur illius, quam ultronea procerum electio et[2] occurunt illi medicibiles[3], exercitus innumerosi catervatim undique turbe confluunt, gratulantur et exultant omnes salvatorem advenisse proclamant. Omnis illum Cracovitarum complectitur[4] conditio, omnis etas et dignitas veneratur[5], omnes illi[6] se[7] Jurisiurandi religionem[8] constringunt, omnique tempore morituros pro illo constantissime

st. 42.

spondent. Sed a[9] Myeszkone eius[10] carissimi dilabuntur, et Casimiro pro[11] animo ferventer adherent, inter quos Odo dux posnaniensis eius primogenitus, hostis atrocissimus eidem efficitur propre radicem stipitis eradicare contendens,[12] et hoc ideo ut noverce[13] filios, quibus pater post se regni successionem spoponderat, arceret[14] a regno. Igitur princeps Myeszko, plus suorum persecucione et perfidia

perfidia quam fraternis[1] eliditur armis, qui anno domini M°CLXXIX[2] pene ab omnibus desertus patrie simul excedit[3] fugatus, et regno cum uxore et tribus filiis Ratiboriensi contentus opidulo, circumdant illum[4] infortuniorum agmina; nam gener eius Boleslaus Bohemorum princeps a regno similiter manet profugatus alter gener, et alter Saxonie et Bavarie duces ab hostibus undique impetuntur, et sic a quibus subsidiari sperabant[5] necessitatibus propriis adeo urgentur quod sibi nullo[6] poterant suffragari. Omnes[7] maritimorum presides et prefecti non[8] obsequele renunciant eiusdem, sed hostilitatis arma in eum capescunt. Omnes[9] Casimiri Imperio subesse gaudent. Cui dum omnes urbes, omnium provinciarum et municipia gratuite[10] patefecerent, sine bello solus Myesetho Wladislai exulis primogenitus Boleslao fratre germano expulso visus est[11] Slesiana provincia rebellare quem Casimirus non armis et minis sed pietatum studiis ad

Myesetko in Ratiborz solum manet cum uxore et tribus filiis

Omnes subesse Casimiri imperio gaudent.

sua

sua vota discrete adtrahens[1] Boleslao Wratislaviam cum suis appendiis[2] prefatum Myeszkonem restituens propter strenuitatem eiusdem largicione quorundam opidorum insignivit fratrem quoque ipsorum Conradum qui in Aldenberg Saxonie per[3] matrem usque ad idem[4] tempus fovebatur. Glogoviensem Marchionem creat. Nam his tribus fratribus ~~fratribus~~ Wladislai exulis filiis post mortem eiusdem Boleslaus Crispus ut premissum est de fratrum suorum Myeszkonis videlicet, Henrici et Casimiri assensu votivo provinciam assignaverat Slesianam Iure hereditario possidendam. Inter quos ut puta inter[5] Myeszkonem et Boleslaum propter divisionem provincie predicte dissensio extitit exorta In qua Myeszko fratrem suum Boleslaum fugam[6] de Wratislavien urbe inire cogit. Sed Casimirus princeps serenissimus ad unitatem concordie ut premissum est ipsos revocavit[7] Myeszkoni fratris sui exulis primogenito

Hic etiam de Slesia invenies

mogenito Opoliam[1], Wlaslao[2] Wratislavien Conrado Glogovien Ducatum[3] assignando Myeszkoni autem duci Opoliam[4] et ducatui ipsius prefato dum sibi filium de sacro fonte levasset, quem nomine suo Casimirum appellat Bithomiensem et Oswieczymiriensem[6] cum eorum pertinencijs et appendijs universis[7] hilariter adiunxit. Lestkonis[8] vero Iuveni filio[9] Boleslai Crispi fratris sui cuidam Nobili Siro[10] nomine viro omnium virtutum donis predito, tutellam commisit Mazoviensem et Luiaviensem provincias commitens gubernandas Samboriumque[11] nepotem Sironis[12] prefati pomoraniam superiorem cujus urbs[13] Gdansk nominatur prefecture[14] officio instituit. Quendam vero Boguslaum de Stirpe Griffonum Pomeranie inferiori ducem instituit.[15] Gneznensem autem provinciam que[16] omnium Lechitarum Metropolis et provinciarum origo nonnullis[17] Russie provinciis scilicet Preze- mislien

Notandum Oszwanczyn

Sambor

Str. 43.

De Gdansk

De Pomerania

Gnezna est Metropolis Lechitarum.

misliensem[1], Wladimiriensem, Bresciensem[2] Drohiciensem[3], cum castris municipiis et oppidis ac eorum appendiis suo imperio annectit. Sic itaque Casimirus sit[4] Monarchus[5] totius Lechie, sic quatuor fratres[6] Wladislai exulis, Boleslai Crispi Mieszkonis senis, et Henrici primi principatus in solum Casimirum prospero successu confluxerant[7] prout pater ipsius Boleslaus[8] Crzywousty longe ante predixerant[9] in lecto egritudinis constitutus. Iste etiam[10] Casimirus servitutis loramentum dirumpere cepit, exactoria et ioca[11] dissipat, tributa dissolvit, vectigalia relaxat, omne onus non alleviat sed penitus exonerat. Angarias et preangarias expirare[12] proclamans.

de terra Drohicensi.

No iste Casimirus bonus omnia regni nostri angarias et preangarias relaxat in totum

(•) De quibusdam Consuetudinibus Regni Polonie pessimis.

Fuit[13] autem in regno polonie quoddam ius auctoritate[14] consuetudinis antique

lique approbatum, ut quisquis potentum quocumque[1] pompatice vergens, pauperum annonam horeis et granariis violenter in-fractis diriperet equorum pabulis de-pascendam. Erat[2] et aliud simile temeri-talis industria antiquatum, ut quocies-cunque principum nuncij legationes re-ferant[3] heredum[4] ac in prediis eorum de-gentur[5] equuos in itinere capto[6] capie-bant. In quibus parvi temporis momen-to infinita stadiorum milia[7] cursu ci-tissimo transcurrebant, que res scilicet podwoda multitudine multis erat pe-riculose damnosa; sic ut quorundam equis incurabiliter enervatis,[8] quibusdam penitus extinctis Nonnullis cum probati[9] fuissent irrevocabiliter abductis.[10] Erat et aliud pessime consuetudinis pia-dum ut bona decedentium pontificum fisco principum accedebant. Ne igitur de cetero talia fierent, iubet Casimirus equitatis princeps Archiepiscopo Gnesn. ut suorum suffraganeorum convocata

sinodo

Sinodo sub anathematis mucrone curet ex-
hiberi.[1]

Hic iura polonica exercantur.

Cam. Hic per Szislaum archiep. celebratur Synodus provincia-lis presente rege Statuta inservit.

Szislaus[2] itaque sancte Gnesnensis Eccle-
sie Archiepiscopus Convocata Sinodo com-
provincialium[3] Episcoporum sue Dyocesi[4]
induti pontificalibus Casimiro duce[5]
presente[6] primo unanimi voce[7] et consen-
su mutuo[8] pronunciant ut omnis[9] qui
pauperi annonas vi aut ingenio quocun-
que violento seu invasivo rapuerit acce-
pit,[10] aut[11] accipi seu[12] rapi iusserit ana-
thema sit, item qui cuiuslibet legationis
actione quadrupedum[13] pauperis, seu here-
dis ipsius recepit,[14] angariantur[15] sive ra-
pi seu[16] angariari iusserit sive princeps
sit Anathema sit,[17] excepto casu quan-
do hostes alicuius provincie imminere
nunciantur. Nulla enim videtur esse in-
iuria si tunc cum iactura alicuius sa-
luti patrie consulantur.[18] Rursus, qui
defuncti presulis bona, invaserit sive ra-
pueri[t]

puerit seu invadi sive rapi iusserat,[1] si-
ve princeps sit sive quelibet persona il-
lustris, aut quivis officialium minister
sine omnium personarum exceptio-
ne, quisquis quid talium presumserit[2]
anathema sit. Simile puto iudicium
de militibus ius patronatus[3] obtinentibus
qui mortuo sacerdote, per ipsos[4] derelic-
ta diripere presumunt. Item qui tali-
ter spoliatum susceperit Episcopatum
absque sublatorum integra restitucione,
aut certa[5] restitucionis habita sponsio-
ne, quocunque[6] huius sacrilegii delicto
consentaneus fuit[7] anathematis senten-
cia similiter innodetur.[8] Approbant uni-
versi et cuncti, gratissimas asserunt
tam sacrarum[9] institucionum sanctiones,
que postmodum per papam Alexandrum
tercium fuerant perenniter roborata.

Qualiter

Qualiter Myeszko Casimiro supplicat ut eum ad patriam revocare dignetur.

Dux igitur Myeszko exilii tedio affectus Casimiro humili qua prece poterat supplicabat,[1] ut ipsum non principatu[2] sed tamen[3] ad patriam restituere dignetur,[4] inquiens melius[5] miserum esse domestico teneri,[6] quam exilii calamitate constringi.[7] Tutius quoque et magis honestate[8] consentaneum ipsum suorum obsequijs fulcire[9] nepotum, quam proditorum stipari insidiis, preponit insuper illius occulis senectutis tremule tremule defectus, luctuosum mirus sue eiulatum funebria nepotum lamenta, crebros eorundem singultus quibus honestius esset occisis gladio, quam angustijs interimi fame. meminisse illum rogat quanta teneritudinis dulcedine, apud ipsum ejus fota[10] sit adolescentia, quo studio quo pie clemencie amplexu educata iuven-

Enumerat Myszko benevolenciam suam erga Casimirum

iuventus. Quibus auditis Casimirus et lacrimas continere non valens ait ad proceres, fateor inquit, ac semper fateri velim me[1] et aures[2] mee immortalibus ac a mente non essiuis,[3] nec in oblivionem deductivis[4] obnoxium beneficiis fuisse, et[5] debere, nec iniusta est eius postulatio, que non nisi patrimonii restitucionem debitam cernitur continere. Suboritur exinde murmur inter proceres et seditionis non parve tumultus. Aiunt enim ei quod verebamur accidit, Raro enim corvus corvum exoculat, Raro frater fratrem stirpitus exterminat. Nostrum hic evidentissime discrimen agitatur Myeszkonis enim restitucio nostrum est exterminium, qui non differt[6] cum tempus acceperit[7] atrocissime in nobis ulcionem, qui ergo[8] obiri[9] eodem certe sarculo[10] amputare convenit eiusdem sarcultus[11] propaginem. Frustra enim extirpatur cardus radice interius manente. Casimirus autem[12] intelligens tam discriminosum seditionis eventum ad se

Suboritur murmur inter proceres.

Str. 45.

devolvi

devolvi convocatis proceribus asserit; hec a se dicta[1] non animo fratrem restituendi, sed studio eorum animos experiendi acceptissimamque sibi esse ipsorum constantiam erga se ferven-ter[2] teneri. At vero Myeszko cernens bene-ficium sue[3] restitutionis in fratre non esse. Ad Fredericum Imperatorem convertitur subsidia petiturus. Sed cum et ibi[4] nil pror-sus proficeret. ad quendam Bogusclaum[5] o-lim per Maritimam provinciam questorem, quem iam Casimirus in ducem[6] Pomoranie inferioris creaverat, se convertit. Cuius fi-lio[7] filiam suam Matrimonio copulat,[8] Ope[9] maritime gentis non obsequelam qui-dem sed favorem inimicicia[10] assequitur. Myeszko igitur taciturne Anno domini M° C XXX I° fretus auxilio Gnezne[11] nocte[12] adijt et diluclo subintrat et occupat, omnes que patrimoniales municiones re-pente[13] recuperat Casimiro fratre suo oc-cultiorem illi facultatem recuperan-di prebente. Quia vero minorum[14] ac-cessu spes sepe[15] concipitur maiorum

Myeszko filiam suam filio Bo-gusl. Maritimi sed Pomoranie tendit duci.

Gnezna occupatur per Myeszkonem

proponit

proponit ille in fratre recuperare prin-
cipatum, diuque iam inter se verbis[1]
iam armis alterantur[2]. Sed Myeszko lon-
ge inferior viribus plus ingenio et arte
contendit ac dolo.

Quomodo Casimirus vicit rutenos.

Contingit[3] namque quod urbs Bresten-
sis Russie ab obedientia Casimiri rece-
dens consueta tributa eidem dare dene-
gat, et ad resistendum Casimiro arma
preparat. Contra quam[4] et eius princi-
pem Casimirus manu forcium recollecta
Anno domini M°CLXXXII° processit, ip-
samque viriliter subito impugnat, et
acquirit. Urbeque predicta sic repente
acquisita, et prefecto proprio in ea po-
sito versus alliciam[5] Castra imbuens[6]
iter arripuit, filium sororis sue a-
liás cum patre eiectum ad regnum ali-
ciense[7] restituere proponens[8]. Cui Muse-
baldus[9] dux Rossie[10] cum principibus

ladomi

De Brest Russie.

Casimirus debel-
lat plures gen-
tes

ladomiriensibus[1] et Alliciensibus prima-tibus, ac electorum Tibianorum[2] et Jo-hortorum[3] innumerabilibus turmis occu-rens, bellum campestre non indicere[4] quidem, sed inchoare[5] presumens, quo-rum primas acies Casimirus impetu, se ad instar fulminis strenuissime transverberat ensibus dissecat hostes quasi agri fenum prosternit humo. Res igitur non minus fidei quam stupore plena, quod illum est[6] (sic) suos in tot robustorum militibus[7] non impetus ho-stium obruit. Non tot mucronum acies transverberat, non densa telorum spicu-la configunt quin hostes robustissime obruunt et transvolant[8] ense fulmineo et tandem non vincendo fatigati ferven-tes[9] in se hostium luctus excipiunt, quos admodum scrupuli[10] obterunt, et obtun-dunt, sic quod[11] omne robur hostium peni-tus[12] colliquescit. versus: Vincit conflictu

str. 46. lapis olla que[13] cadit ictu suo[14] petra stat invicta feriens[15] fert ollaq icta. Que cum

rupe

~~cam~~ rupe gerit[1] prelia testa perit.
Hostes namque viso victricis aquile signo tanto minus confligunt,[2] quanto victiosius[3] principem Casimirum conspiciunt. Triumphasse, sicut[4] tot militibus ex ipsis hostibus prostratis vix quidam principes eorum evaserunt agitate[5] pedum residuos autem[6] satur gladius absorbuit, aut fugiens unda torrens involvit aut vinculis victor mancipavit. Igitur Casimirus gloriosus victor de Ruthenis exiens[7] sororis sue primogenitum alias ut premissum est de Regno ejectum principem aliciensem[8] restituit, qui post recessum Casimiri avunculi sui[9] a suis sibi propinato fuit extinctus. Cui[10] regno Allicien. si ladimirus frater eius per matrem Casimiri sororem successit. Fertur namque et[11] in quibusdam Cronicis scriptum reperitur sororem Casimiri predictam filiam Bo-

De aquila

Princeps Halicen veniens moritur

lislai

leslai Crzywouslhy primi[1] filium Regis panoniorum[2] virum[3] habuisse; de quo hunc principem restitutum genuerat antequam vir eius de Regno fuisset eiectus. Mortuo autem filio Regis Panonie viro eius[4] Boleslaus Crispus ipsam cuidam principi Russie dederat in uxorem, de qua plures filios procreaverat in Aliciensi principatu exns.[5] Et cum primogenitus eiusdem, nepos panoniorum Regis Regnum Aliciense a fratribus et a vitrico[6] restitui velu ti primogenitus, et ad ipsum ex successione paterna suspectantem[7] mater eius ad iussum viri ut creditur negabat ipsum filium suum esse asserens suppositum (gratia) viro suo primo complacendi,[8] et ob hoc successio sibi in regno aliciensi negabatur. Casimirus avunculus eius sororis dictus[9] incredulus nepotem regno restitui curavit[10] propter quod bellum

bellum predictum dicitur fuisse com-
missum.

Qualiter Casimirus Wladimiro fugato Romanum princi- pem Halicie instituit.

Kasimirus itaque potenter Russiam ingressus[1] Ladimirum de regno halicien- si fugam inire coegit. Quo fugato Ro- manum sororis sue filium de secun- do viro genitum Alliciensibus princi- pem instituit et pacata Russia ad propria feliciter remeavit. Ladimi- rus vero a Rege Panoniorum restitu- tionis implorat auxilium. Rex au- tem Panoniorum minime compaciens, sed potius regnum Alliciense ambi- gens Romanum eiecit, regnumque Alliciense occupat, et proprium fi- lium instituit Regno in eodem. E- xulem vero ne filio suo noceat, vinc- tum ergastulo includit, qui tandem

De Ladimiro

Iterum Roma- nus eicitur per Ungarorum Regem.

carceris

Ladimirus evadit captivitate et Regnum Polonie invadit

Ar. 47.

carceris squalore angustiatus nimium[1] carceris custodibus munera promittens captivitatem evadit.[1] Hic postmodum in partibus Russie existens tum[1] patrimonialibus bonis contentus, quadam temeritatis audacia sumpta[1] limites Regni Polonie cum quibusdam latrunculis invadens, re[1] raptas illustrium fraternas,[1] et nece sacrilega in christianorum populo in die Assumptionis Marie beate virginis[1] crudeliter comissa intrans ultimas Barbarorum transtulit regiones, quamobrem prefatus sceleris auctor per Casimirum de omnibus patrimonia bonis fuit in exilium relegatus.

Qualiter Ladimirus gratie Casimiri se submittens veniam impetrat.

Quamvis autem eius seniorem[1] indignationem formidare debuit Cuius

Maie

maiestatem ausu temerario ofendere pre-sumsit. Quia tamen ad piissimi Casimiri munimen confugit, desperate veniae successus illi minime[1] defuere[2]. Non solum enim temeritatis presumpte veniam impetrat sed eciam apud sacrum[3] principis oraclum graciam assequitur ampliorem; namque serenitate[4] Nicolaus ille famosissimus sacri principis[5] palacii destinatus filium Regis hungarie precunctis[6] orientalium regionum in polonia[7] videbatur.[8] Cum omnibus Panoniorum pompis ac paratibus[9] trucidat potenter trucidat et expellit. Exulemque Ladimirum in Regnum haliciense restituit. Sic manus huius eadem vulnus opemque contulit[10] unde orientalium[11] regna tantus timor[12] concussit ut omnes ad Casimiri nutum[13] plus quam tremule folium tremiscerent. Huius autem Karimiri tempore per Egidium Episcopum Muthinensem ossa sancti Floriani Cracoviam apportantur, et per Gethkam[14] Episcopum[15] suscipiuntur

Tempore huius Casimiri ossa sancti Floriani per Egidium Episcopum mutinensem Cracovie deferuntur, cui Getka Episcopus cum Clero occurrit, qui anno sequenti moritur cui Fulco succedit.

piuntur, reverenter et devote. Qui Gedka Episcopus Anno sequenti diem clausit extremum Cui Fulco per canonicam electionem in Episcopatu Cracoviensi[1] successit. Lesthko eciam[2] dux Mazovie et Cuiavie[3] filius quondam Boleslai Crispi iterum[4] Anno sequenti videlicet[5] migravit ad cristum. In cuius dominio Casimirus Cracov. dux eidem successit.

Qualiter Cracovite Cazimiro derelicto Myeskonem senem iterum suscipiunt in dominum

Isti Cracovite inconstantes sepius alteri domino iterum et ibidem adheserunt.

Ladimiro[6] igitur regno halicie ut premissum est feliciter restituto, proceres Cracovie adversus Casimirum magno furore indignantur pro eo scilicet quod tantum nephas et flagicium quod idem Wladimirus ipsis inferre presumserat[7] in ipso non fuisset ultum, sed potius miro[9] nimis munere premiatus; quem debebat magis patibulo affigi quam regno[10] sublimari, asserens[11] quod Regis panonio-

rum

rum soluto federe securitatem regni le-
chitarum prorsus expirare.[1] Unde quod
viribus nequeunt, dolo parare disponant
Casimiro denique in Russie partibus[2] diu-
turno tempore negocia disponente sur-
gunt[3] necis artifices. Casimirum toxico in-
teremptum pro duce quoque Myeszkone
transmittunt eumque ut festine Cra-
coviam properare non desinat hor-
tantur. Quo subito veniente Civitas
Cracovien. cum[4] Castris et Municipijs
eidem aperte traduntur[5] solo venerabi-
li[6] Fulcone Episcopo[7] pro viribus resi-
stente sed minime proficiente.[8] At ubi
proditorum[9] nephas ad aures Casimiri ru-
mor detulisset, Casimirus intrepidus
cum Romano Wladimirie[10] et Wseboldo[11]
Slesie[12] principibus suis Nepotibus Cra-
coviam aggreditur, Cuius adventum
Myeszko frater[13] ipsius prestolari non
audiens,[14] sed Boleslaum filium suum
cum gente copiosa in Castris relinquens[15]
ad propria festine rediit, Casimirus vero

Cracovite tempo-
re Casimiri mitt
per Myeszkonem.
str. 48.

Episcopus Fulco
resistet Myeszko-
nis.

Iterum Myeszko
relicto filio Bole-
slao de Cracovia
aufugit.

Cracoviam

Cracoviam obsidionibus circumdat, ac bre-
vi dierum[1] intervallo recuperat Omnesque
municiones et municipia redduntur[2] Boles-
slao nepote suo cum gente sua in capti
vitatem sponte se prebente. Sed Casimi-
rus regno suo reformato[3] nepotem suum
cum omnibus captivis additis muneribus
a captivitate absolvens ad Myeszkonem
fratrem suum gratiose[4] remittit. Que res
Myeszkonis animum tanto amore devi-
cit, ut omnium iniuriarum totaliter ob-
litus amplexibus gratulabatur frater-
nis. Huius autem facti et concordie fuit
auctor ille insignis industrie vir petrus
archiepiscopus Gnesnensis, quem vidit
Vincentius Kadlabkonis[5] Epus Cracovien.
qui scripsit hec, et scimus quia verum
est testimonium eius Regis quod[6] pano-
niorum federa[7] Nicolaus princeps pa-
lacij prefatus,[8] cum fulcone[9] Epo Cracov.
ad statum pristinum reintegrare cupiens
Reges hungarie et polonie ad certum
locum comportare studuit et iuxta sanc-
torum

De Petro archiepo. Gnesnen et Vincentio Episcopo Cracovien

torum instituta videlicet sanctissimi po-
lonorum[1] Adalberti et beati Stephani o-
lim hungarice Regis spondet uterque
communiter colli Regni utruisque[2] debere
amicicias concorditer alterutrius hostili-
ter[3] insectari. Communes quod[4] prosperita-
tum successus indiferenter assidue fu-
turis temporibus obtinere.

Qualiter Casimirus Pollexia-nos dicioni sue subegit.

Kasimirus itaque prefatus ex omni
parte tutela amicorum stipatus[5] prusso-
rum terminos aggreditur quorum con-
tiquis per prelia invasiones creberri-
mas[6] nimium afflictus et vix tandem
non sine gravi bellorum certamine sub
actis pollexianorum terras subintrat,[7] quo-
rum cervicosam feritatem non dum quis-
quam bello vel insultu hostili attrivere-
rat. Sunt autem Pollexiani genus Getha-
rum seu Prussorum gens atrocissima
omnium ferarum immanitate truculen-

Casimirus Prute-nos aggreditur primus hujus de ipsis trium-phum.

tior

tior, inhabitabrixque vastissime solitudinis, ad quem[1] propter concretissimas[2] nemorum densitates et bituminata locorum palustria via patebat[3] inaccessibilis. Horum habitacula Casimirus flamarum facibus absorbuit.[4] Cuspidum

str. 49. et[5] ensium[6] ictibus perscindit,[7] donec proflagrata[8] pene tota provincia pollexianorum primi proceres ad Casimiri pedes obtentis dextris pronis servitiis prosternuntur tam suam quam reliquarum patrie salutem deprecantes ad cuius calamitatem serenissimi pietas principis, mox[9] compassionem animi incliniat, idoneaque[10] et sufficienti obsequele et prestatione tributorum caucione a pollexianis[11] suscepta cum nimio triumpho feliciter[12] ad propria remeat,[13] ubi non sui victus

Casimirus de metis Prutenis ocio vacat. corpore, sed suorum persuasus lassitudine aliquantisper ocio indulget.

De morte

De morte Casimiri.

Fuit autem victoriosissimus[1] devote consuetudinis solemnia sanctorum devotissime venerari Unde cum beati Floriani diem in divinis officiis in orationibus et grabiarum actionibus totum domino[2] peregisset solemnes hostias offerendo,[3] et in crastino principibus ac primis proceribus Regni ac Episcopis epularum convivia properare[4] iusisset. Qui inter epulas multa leticia exhilarati plurima invicem conferunt et primo de hostium prosperis ubique triumphis. Secundo post tanta laborum[5] discrimina principibus incumbentia[6]. Tercia[7] tam propria quam patrie secura tranquilitas. Quarto rerum et corporum festimior amoritas.[8] Aderat[9] eciam omnibus delicijs Suavior Serenissimi principis Casimiri alacritas, que omnium exultandi animos resultandi corda[10] hilariter perfundebat

Casimirus cum principibus et Episcopis et Baronibus celebrat convivia.

bat, et cum omnium[1] vox exultationis altius resonaret tante glorie serenitas et leticie iubilus, repentina subito tempestate obruitur, et non extrema luctus occupat prochdolor, sed media gaudii sicque conversa[2] in luctum citara lechitarum, dum enim quasdam de salute anime[3] sue questiones pontificibus Cazimirus proponeret modulo hausto poculo[4] morbo incertum est extinctus, an veneno. Sicque illud unicum sidus patrie Casimirus occubuit. Tante igitur tristiciarum tenebre opperuerunt populos, ut omnes meror ingens omnimode occuparet, ad quos tanti infortunii calamitas poterat pervenire. Mortuo itaque felicissimo Casimiro Anno Domini M°CLXXXIIII°[5] ortum est quoddam Cahos,[6] et personarum confusio, de tam inopinato eventu quibusdam supra se stupentibus, aliis extra se raptis plurimis vero velut quodam fulminis ictu prostratis, vidisses[7] enim plurimas magnatum imagines velut prorsus exanimas

Casimirus occubuit nescitur morbo vel veneno, et omnes condolent de morte.

nimas

nimis. Nonnullos uberibus[1] lacrimarum imbribus perfusos, vultus matronarum illustrium ac virginum quibusdam sulcis[2] unguium crebra cruoris proscin- di flumina quosdam vero allisos ad sta- tuas, propriis pene[3] ictibus excerebratos, omnium illo moriente; una et eadem commoriendi voluntas[4] non desunt[5] ta- men[6] in eodem hore puncto quidam falsa[7] dicentes[8] suspiria, qualiter pri- mates ad sua vota inducerent aut va- cantem occupent principatum. Sed in suis tandem cogitacionibus evanes- cunt.

De albo Lesthkone filio Casimiri sequitur.

Exequijs itaque[9] funebralibus solemni- ter peractis Venerabilis ille Cracovien. Episcopus primo cum primatibus de regni successione[10] tractatu habito str. 50.
omnes ad Colloquium convocat et vix tandem strepitu sopito ait illis prius. O pro- loquitur Episcopus.
ceres

ceres dolor est sed impia doloris atroci-
tas, pie quidem principes dolebus[1] defunc-
tus, defuncti alius substitui non negliga-
tur; ob quam causam queso examen a-
pum sepe defluit ac prorsus desperit, nisi
quia in locum principis mortui alium, ~~tuius~~ substituere negligit, vel ignorat un-
de quedam reptilia que steriliorem[2] ha-
bent principem eo vix defuncto mox alte-
rum[3] in eius locum assumunt[4] qui primus
in[5] morte principis lacrimas emittit. Et
quamvis Casimirus mortuus videatur in
suis tamen facile mori non poterit[6] in qui-
bus adhuc vivere videtur, et futuris tem-
poribus vivet in gloria, Nec vitis dicitur
succisa, quam vini palmites[7] vivere pro-
testantur, due namque vites et duo su-
persunt luminaria duo filii Casimiri
Lesthko et Conradus licet in pupillari
etate constituti. Dignum ergo[8] est, maio-
rem etate, paterna dignitate[9] insigni-
ri. Ad quod[10] quidam vir insignis res-
pondens ait. Sane inquit pater venerans

Consilium Episcopi de futuro domino.

de omni

de omnibus est amplexanda vestri salubritas consilii maxime in hijs que dilacionem non capiunt periculosam[1], est enim hora[2] ubi in se trahit pericula, ideo in eligendo principe[3] nulla debet committi negligentia: sed tamen de persona principis, omnium experienda cunctatio, et diligens vigilantia[4] est[5] adhibenda. Non enim decens est ut cano veluti[6] impubertas dominetur imo valde puerile est, ut prudentibus[7] viris, puerilis imperet imprudencia. Cum verbum[8] sit sapientis: Ve terre cujus Rex[9] puer est presertim cum principem discretum, strenuum, cautum et industrem esse in omnibus ad omnia conveniat. Hoc autem dicebatur[10] ut Myeszko senex princeps majoris polonie vel nepos eius Myeszko dux Opolie de quibus[11] premissum est substituatur[12] princeps. Ad hec vir zelo iusticie plenus, Fulco antistes respondit hec a te[13] utpote ~~vere~~ habere non videntur, que tunc demum vera[14] esse, vera poterant[15], cum de eligendo principe, non de iure[16] successionis

nis disceptatur. Prorsus enim aliud Juris habet electio aliud ius succassorium. In illo est liberrima deliberationis libertas,[1] ac in isto urgentissima iuris necessitas: ab illo omnes citra legitimam etatem relegantur; ab illo nec infantuli, nec posthumi[2] excludundur, qui[3] eciam omni solemnitate iuris vallata rumpunt testamenta.[4] Sed illud quod de regimine reipublice teligisti parvulis istis non officit.[5] Nam si respublica iuris testimonio instar justi[6] habetur pupilli, constat idem esse iuris in utroque quia ubique[8] eadem ratio, eadem est iuris censura.[7] Aut[9] ergo pupillis omnem omnio omnino[10] tutellam auferes,[11] aut[12] eciam reipublice tutores non negabis. Nec enim per se principes rempublicam administrant,[13] sed administratas[14] potestates. Ideo quod[15] per impium et iniquum[16] est dissimulare, ne dum impedire ratio dicat[17] quod poscit necessitas[18] quod iubet honestas, quod suadet pietas quod iuris utique[19] imperat et cogit necessitas, non est igitur hoc quod consensum et favorem

str. 51.

procerum

procerum quod vota[1] Civium,[2] et affectum po-
puli hac parte[m] possit removeri proinde una-
nimis omnium vox čelotenus,[4] et hilaris
alacritas attolluntur,[5] vivat, vivat, princeps
Rexque in eternum, omnesque tanta sere-
nitas leticie, quadam solennitate perfudit,
quod quasi preteriti miroris nullam in-
veniunt[6] angustiam, tanta illis dulcedo tan-
tus amor et tanta omnibus amoris af-
fectio erga pupillos ut non favor nec odium
non tribulatio, non gladius non questus,
nec ulla penitus occasio[hac], aut[8] necessitas, ip-
sos ab ipsorum latere ac[n] obsequio posset
aliquanter disiungi[9] post hoc[10] autem ille pri-
mus Comes Nicolaus princeps milicie, omnibus
summe regratians[11] omnes de constantia et
forma[12] fidelitatis ammonet et informat eos,
quia ne cuiquam[13] in contrarium suam pos-
sint mutare voluntatem, Iurisiurandi[14] reli-
gione constringit. Noverat enim vir pru-
dens, volatile semper esse mentis humane
vehiculum[15] ac in lubrico glaciali positos a-
nimi affectus.

Qualiter

Amor terrigenarum erga pupillos Casimiri natos

Nicolaus princeps.

Qualiter Myeszko senex sublimatiónem nepotis dolens deplangit.

His auditis Myeszko senex majoris polonie princeps consternatus[1] et indignationis dolore repletus lectulo prosternitur inquiens non suum apud illos dolore[2] contemptum, non tam iura[3] primogeniture confusa, quam superexcellentem, tante dignitatis majestatem scurili[4] ludibrio prostratam, que etiam sine ridiculo dissimulare non potest. Infantum enim[5] est, cum infantibus ludere, par impar[6] equitare in arundine longa doloris quoque[7] dispar est ratio, quia cum in fratre meo Casimiro huius regni corona ceciderit eam non sublevare[8] sed in sceno et in quodam lacu miserie supprimi[9] studuerunt. Infantem quoque principem creant, ut eo pretextu ipsis[10] principibus suis principentur,[11] ut stirpe Regia prorsus eradicata, liberiori tandem potiantur imperio, et pro uno capite tot ex ipsis suc-

crescant

crescant reges quot capita. Vestri[1] nem-
pe o proceres misereor vestri, vestra me
āmonet[2] calamitas, vestrum omnium hic a-
gitur discrimen, vos eis obsequiare[3] oportet
quos vobis obsequi decuerat eisdem[4] verbis
eadem[5] verborum acrimonia Boleslaum
longum Slesie et fratrem eius Myeszko-
nem Loripedem Opoliensem duces filios
olim Wladislai exulis fratris sui solici-
tat,[6] et ad suum votum inclinat. Aliorum
quoque procerum tam huius Regni quam
exterorum[7] undique conquirit subsidia de
quorum presidio[8] presumens Cracoviensis
provincie magnatibus scribit, precepit, Myeszko senex scri-
et mandat, ut a Lesthone resipiscant, bit Cracoviensibibus
ipsum[9] principatui excedere iubeant, nec
arundineo[10] baculo irritentur,[11] sed sese[12] prin
cipem recognoscant, et graciam gratuito
mereantur obsequio, ne furorem[13] pre-
lij experiri cogantur.

De prelio

De prelio inter Myeskonem senem et Cracovitas comisso.

str. 52. Anno itaque domini M°CXC quinto Cracovie[1] primates unius voluntatis effecti Myeszkoni remandant[2] gratuitum duci[3] non posse, quod minaci[4] strepitu extorquetur[5] promptius ergo esto si desistere nolis promtos nos ad restituendum invenies,[6] pondus inest verbis et vocem fata sequuntur. proinde Myeszko senex manu forcium recollectam Cracoviensem provinciam appropinquat. Cui Cracovienses cum Romano duce wladimiriensi non cum parva suorum et rutenorum armatorum innumerositate occurunt. Meminerat namque dux Romanus beneficia per Casimirum avunculum suum sibi impensa, apud quem pene in[7] cunabulis extitit educatus, eodemque[8] quo fungebatur principatu Wladimirum[9] a Kasimiro fuerat institutus, Sciebat etiam Lesthkone et Cunrado excussis[10] suo capiti securim imminere. Hinc a

Romanus dux Wladimirien.

Myeskone

Myeskone[1] sene si vicisset, illinc[2] a principe de Kijow cujus filiam dato libello repudij a se removerat. Erat autem in Cracoviensi provincia locus a nomine fluvii Moszgawa[3] dictus ab Andrzeiowiensi Cenobio non longe distans. Andrzeow

In huius[4] loci pinetis sive rubetis uterque exercitus conveniens[5] acies instruxit[6] ubi[7] non filiatio paternitati reserentiam exhibuit non filiacioni paternitas ignoscebat non fraternitatem fraternitas, non affinitatem affinitas. Nec ulla sancta[8] spiritualis cognatio agnoscebatur[9] sed omnes invicem sine omni delectu[10] promiscua cede sese intimunt (eri). Tunc Myeszkonis filius Boleslaus[11] cuspide transfossus expirat. Sicque militorum gloria prosternitur et Myeskonem senem quidam miles Gregorius letaliter vulnerat, quem cum occidere nititur, ille, deiecta galea se esse principem exclamat, quo miles cognito veniam precatur, eum ab aliorum impetu conservans, prelium declinare facit. Sed et dux Romanus

gravibus

gravibus in se susceptis vulneribus,[1] non si-
ne magna[2] suorum a prelio divertere co-
gitur. Nam in principio congressus pars
suorum maxima Rutenorum terga fuge
dederat, quod Cracovitis victorie ademit
triumphum, quorum plurimi non prelio
Advenuint duces Slesie ad Myeskonem contra Cracovitas.
intenti sed rutenos fugientes quidam avi-
ditate prede, quidam indignationis ani-
mositate fuerant insecuti,[3] postquam au-
tem fuisset dilapsus populus a prelio,
affuit enim[4] in Myeskonis senis subsidium
Myeshko loripes dux Opoliensis predictus[5]
cum nepote suo Jaroslao, Boleslai du-
cis Slesie filio, qui in loco pugne ne-
mine penitus[6] reperto, cum iam utra-
que pars ab inde[7] diverterat gratulan-
tur et exultant, quasi victoriose campum
certaminis obtinuissent, signa victorie
Govoricus succubuit.
extollentes, quos comes Govorius[8] adesse
intelligens licet in manu pauca ~~vir~~ for-
tium virorum aggreditur, et ad instar ful-
12. 53.
minis impetum facit[9] viriliter confligit
atque pugnat, sed dispari hostium nume-
rositate

rositate ~~hostium~~ agitatus, tandem succum-
bit, capitur, captus abducitur et diu tentus
vix demum amicorum interventu a captivi-
tate liberatur porro Fulco[1] presul sepe | Presul Fulco
dictus inter spem et timorem anxius o-
rationi propensius intendit, belli exercitum
in loco remoto[2] prestolatur. Qui cum quen-
dam de prelio vidisset venientem ait,
prospere ne vobiscum agitur. Qui respon-
dit, Nostros nunquam deserat[3] hostes[4] ho-
diurna[5] nostra prosperitas, cecidit[6] enim
Romanus et primorum primi prostrati,
quidam capti, nonnuli de fuga[7] dilapsi,
totusque populus nostri exercitus emar-
cuit. Et illud certius certo habe, senem
Myeskonem cum triumpho spolijs onu-
stum[8] Cracoviam proficisci vix hic finie-
rat & ecce alius Itemque alius aliud
superest proferens mendacii commentum
Unde presul,[9] aut ergo cuilibet eorum
credamus, aut nulli cum dicta eorum
dissona videntur superest agitur[10] ut ali-
quis nostrorum rem diligentius explo-
ret. Cui

Sciscta[tur] presul Fulco de prosperis successibus Cracovitarum, sed alii sic alii sic dicebant

Presul ait

ret Cui quidam presto ego sum ait il-
li presul tam[1] vera tene impiger dili-
gens cautus esto[2], angelus domini tecum
Igitur ille clericali habitu mutato pede-
stri cursu ad locum prelii veniens rem
diligentius explorat, nunc ab eis quos se-
mivivos reperit, Nunc ab hys qui preda-
cionis[3] erant occupati. Qui cum omnia ex-
ploratissime didicisset quantocius[4] rever-
titur, et cuncta per ordinem pontifici pan-
dit senem Myeschonem sub duplici one-
re gementem ad propria remeasse, sub
onere meroris pro[5] morte filii, et sub
onere doloris pro vulneribus in se sus-
ceptis Romanum quoque vulneratum
non tamen letaliter nunciat. Quem pon-
tifex nocte proxima insequitur insecutum-
que obnixe revocare studet ne Myeschko se-
nex ira incandescens et viribus resump-
tis per se vel[6] Wladislaum filium suum
Cracoviam occupet. Cui Romanus, Gemi-
na me pater carissime ut vides com-
pendit[7] debilitas, una in me ipso corpo-
ris ob

ris ob vulnera, altera ob milicie in meis carentiam, que partim prelio corruit, partim fuga disparuit Ad quem presul, quid ergo consulis. Cui ille, tuam non latet prudentiam nam prudentia serpentis est in custodia capitis,[1] Caput igitur custodiri iube, donec nostrorum vulnerum livor[2] detumescat. Romano itaque ad propria remeante, primi procerum Cracovie ut primum crastina dies illuxit, cum paucorum quidem sed excitatissimorum manu hostes querunt vndique. Quibus non inventis, an senem Myesthonem sequi[3] debeant, ac[4] Myesthonem loripedam a presule sciscitantur, sed presulis consilio neutrum facere iubentur. Iubet ergo pontifex et consulit ut ad sedem regni properent custodiamque diligenter[5] adhibeant ne quasi vacantem quisquam occupet. Nam piscium genus facilius deprehenditur in gurgite turbido Cracoviam itaque festine adeunt et solennius quam ab inicio solennitates instituti principi[6] instaurant. Itaque mater puerorum str. 54.

rorum, tam in consiliorum industria, quam providentia[1] rerum mulier supra muliebrem sexum prudentissima legitimam in se tutellam pupillorum suscipit[2] donec major filius adolescat, ad cuius nutum pro nutis[3] singulorum distribuuntur dignitates Castelanie quoque et potestates. Tanta erga illam et pueros omnibus fuit reverentia ut proceres quasi obliti sui status dignitates, mulieri mallent obsequi quam pueros deserere presul vero Fulco et Nicolaus Comes Palatinus curam reipublice suscipiunt. Cuius administrationem idoneis ac fidelissimis primatibus[4] distribuunt. Siluitque[5] aliquamdiu terra et pacis aliquantisper facta est tranquilitas.

Qualiter Lestko albus Romanum in allicia instituit.

Porro dux Lestko etate proficiebat et industria utpote adolescens studiis sese ad iuvenile robur exercens, iamque in hys exercitatior ad armorum usum[6] aspi-

rabat

rabat, qui nec dum thiro nec dum miles gloriose tamen in se milicie premonstrabat insignia. Ex quibus illud saltem[1] ad culmen cumulum[2] glorie sufficit, quod super omnes Russie principes licet adhuc adolescentulus quasi quidam sole micuit. Eo namque[4] tempore Wladimirus frater Romani germanus et Lesthonis amicalis[5] dux Halicie, nullo herede legitimo relicto, debitum nature persolvit unde Russie princeps[6] quidam munere, quidam arte, Nonnulli modo[8] utroque[9] vacantem[9] student rapere principatum. Inter quos dux Romanus quanto proximior, tanto ambitior, solertior. Cum se aliis principibus disparem cernitur[10] duci Lesthoni obnixe supplicat ut eum perpetuo famulatu sibi obliget, et ipsum non principem[11] sed procuratorem suum sibi constituat, alioquin indubitatum hostem sibi imminere non ambigat. Si aliquis principum Russie illius principatus sedem cepit.[12] Sed frivola visa est quibusdam

busdam eius peticio, tum quia non est tutum[1] patrie principem creare de fa-
mulo et[III] extraneum[2], tum quia res ma-
gna res utilis, longe utilis[3] per[4] se pos-
sidetur, quam alteri committatur. Ad hec
quidam inquiunt, qua ratione extra-
neus dici potest cum quo princeps no-
ster Lestko, secundo[5] consanguineitatis
gradu fore reperitur. Quo pacto obse-
cro[6] de Romano ambigi[7] potest qui no-
Ar. 55. stre reipublice coadiutor fidelissimus
et quasi quidam pedagogus extiterit. Cu-
ius ex amantissima fidei constancia, et
diligens[8] obsequiorum studia in foribus
claresaunt, qui ob nostram necessitatem
suscepta adhuc in se cruda gestat vul-
nera horrendum certe nephas esset aut
in consanguineo pietate destitui, vel[9] pro-
ximo mutui debiti non reddi. Sicque
parantur cohortes, et usque[10] Alliciam
castra movenda deliberant. Interim
vero sanctius principem Lestkonem
domi iocis[11] indulgere quam intempesti
vis laborare

vis laborare itineris sudoribus. Sed ado-
lescens pene illacrimans proch pudor
inquit. O proceres me feminam estima-
tis non principem parum[1] enim distat
a femina, qui semper cetus colit femi-
neos, et fama[2] quosdam sepe sine rege
prostratos, quo tamen in cunis, tan-
dem in prelio[3] posito[4] de hostibus tri-
umphasse. Non ergo ut princeps sed
ut signum principis vestra castra non
deseram[5], alioquin vel solo comite so-
ciatus vestra sequar vestigia. Gratu-
lantur omnes tanti animi habere prin-
cipem adolescentie flore rutilantem.
Mirantur singuli in tam tenella spi-
ca tante maturitatis granum[6], stupent[7]
invicem[8] nondum testa vestitum[9] soli-
ditate maturum[10] nuclei[11] preferre sa-
porem. Russie igitur milites[12] Lestco
cum suis[13] aggreditur. Cui primi haliciae
primates pronis illi cervicibus occurunt.
Omne obsequium, omnem clientellam
suam, suorum[14] subiectionem, ac fideli-

tatis

Lestko iuvenis loquitur et varii.

Admirantur singuli

tatis perpetuisalem cum datione[1] tri-
butorum pollicentur, ipsum Regem
ac sue salutis presidium eligunt et op-
tant. Eligere inquit[2] dignetur vestre se-
renitatis dignatio dum[3] vestri persona
nobis imperare[4] velitis seu in substitu-
ta. Nihil enim aliud querimus, nisi ut
vestri nominis[5] gloria super nos invoce-
tur. Hec illi[6] licet in dolo qui securum[7]
cautius occuparent.[8] Nam dolum subes-
se, mox rei eventus declaravit. Prima
siquidem ipsorum opida et fortalicia[9]
Lestkoni contumaciter resistunt et rebel-
lant quibusdam[10] contritis et subac-
tis Haliciam properant,[11] vallare et
impugnare proponens. Sed adinstar
arene, hostium[12] numerositas[13] congloba-
ta reperitur. Quibus dux Lestco per suos
demandat, et imperat ut mox a finibus
Halicie recedant, aut campestre bellum
prestolarentur.[14] Qui pro reversione[15] prelium
vociferabant in instanti. Sed cum
polonorum effulserunt ferree acies

omnis

omnis illius multitudinis animositas penitus contrahebuit, nec ulla prelij apud eos resistentia, sed fuga in instanti. Belli tamen dilacionem pretextu pacis obtinende postulant, et impetrant. Quibus deliberatione suspensis pronius quam prius ad scabellum[1] ducis Lesteonis prosternuntur.[2] Nec iam ficte,[3] sed summo affectu principem sibi creari poscunt.[4] Quia suorum principum vires in quorum confinitate[5] fiducia[6] fixerant emarcuisse conspiciunt. Romani[7] igitur ducem, quem quasi fulgur horruerant suscipere coguntur, eius ingeniosam tirannidem et atrocitatis astrictissime[17] ambicionem impetuose in suis exercere consuetam. Iam bene experti noverant. Angustie igitur illis undique nemini[9] rebellandi ulla[10] spes, preces ergo precibus accumulant, argenti auri talenta innumera, gemmas preciosas, vasa et vestes generis exquisitissimi, omne ferarum[11] Ar. 56.

riarum genus rerum prestantissima-rum[1], duci Lesthoni offerunt, et singulis annis ad thesaurum principis[2] illaturas pollicentur. Cuiuslibet etiam condicionis obsequium tributorumque dationem[3] repromittunt ne Romani iugo subesse compellantur, sed eius declinent imperium. Sed hiis non obstantibus omnium Lechitarum in Romanum principem resedit sma.[4] Omnibus itaque Rutenorum primis ac precipuis omnino omo[5] renitentibus Romanus princeps Halicie instituitur per ducem Lesthonem. Quod beneficium Romanus postmodum polonis male rependere studuit ut infra patebit. Nam formam fidelitatis erga omnes pari[6] coluit perfidia[7] ut in suos maxime crudelis ac truculentus.

Romanus princeps rutenorum male rependit Lechitis de ipsius promocione.

De truculentia ducis Romani.

Duce igitur Lesthone ad propria remeante Romanus[8] tirannide inductus Satrapas Halicenses florentissimos in-

cautos

cautos occupat, et trucidat, quosdam vivos[1] terre[2] infodit, quosdam membratim[3] discer-pit, alios excorrigiat,[4] multos quasi signum ad sagitam figit, nonnullos exanterat et interimit omne genus supplicij in suis experiens gravsantior civibus hostis ef-ficitur quam hostibus. Nam quos[5] palam apprehendere nequivit ut puta ad alias provincias metu dispersis[6] dictis blan-dimentis et dolosis ingeniis revocatis amplectitur, honorat et sublimiat, et mox tandem precipitat, et inexcogitatis iubet interire tormentis, ad hoc ut finitimis[7] terrorem incuciat et potentioribus de me-dio sublatis securius imperet. Unde ille erat quasi solenne proverbium. Melle a-pum securius uti non posse, nisi exami-ne penitus oppresso. aliorum non[8] infelici-tate prosperatus,[9] brevi tempore[10] crevit in immensum. Ita ut omnibus[11] ferre Russie principibus ac provincijs potentissime imperaret.

Iterum et tercio et forte quarto Craco-vite Myeskonem senem in princi-pem assumunt.

Qualiter

Qualiter Myesco senex tercio Cracoviam adipiscitur cum dolo.

His itaque peractis Myesko senex ambi-
ens[1] principatum Cracoviensem qualiter
ipsum assequi possit industrio[2] et dolo
beneficio,[3] rem aggredi meditatur se viri-
bus[4] et robore potencie nepotum imparem
esse recognoscens. Ideoque maiorum[5] na-
tu animos quadam benignitate pertemptat
conciliat et ad suum votum inclinat. Sed
quia omnes[6] amor adolescentum adeo de-
mulserat ut omnium animi ex animo ma-
tris ipsorum pendere videntur[7] matrem
igitur ipsorum tam scriptis quam nunciis,
nonnunquam munerum importunitate so-
licitat, aiens quod non principandi
gloria sed pro regni tranquilitate et
Str. 57. filiorum eius tranquilliori statu esset soli-
citus, nec aliud se optare ad presens quam
ut omni[8] discordiarum fomite prorsus ex-
tincto, nullum imposterum quamvis[9] occa-
sione

cione oriatur intentm.[1] Astruens illud aliter fieri non posse quam hoc pacto. Cedat mihi filius tuus Lestko principatui quod ego[2] adoptem cique consequentor milicie cingulo a me insignito principatum restituam ut Cracovien dignitas ymo totius polonie principatus, in tua stirpe perpetua successione solidetur. Quia[3] perpetuum esse nequit, nihilque perpetui habere, quod vulgi[4] strepitu conclamatur, nisi princeps constituat, et eius auctoritate roboretur. Excute igitur de capite filii coronam luteam immo ridiculam illud gestamen capitis arte singulorum impositum. Aureum enim decet non fictile principes[5] diadema gestare, quod tuo filio ad presens et in posterum eius liberis nostre decrevit dulcedinis liberalitas imponi. Et quam credula est mulierum facilitas et facilis[6] ad credendum leniri[7] sui mater Lesthonis inebriata premissionibus[8] suadet filio et consentit ut ad tempus cedat principatui. Tutius[9]

Myeskonis consilium

quoque

quoque existimans patris loco patru-
um venerari, quam hostem perpetue su-
stinere Sancciusque patrimonium[1] regna-
re munere et auctoritate in regno robo-
rari[2] quam et[3] vulgi semper pendere ar-
bitrio. Conveniunt itaque loco et tempo-
re statutis, et mater[4] Lesthonis cum
filio jusiurandum proponitur in me-
dio. Iurat senex, iurant utriusque par-
tes[5] proceres inviolatissime tenendum
formam prescripte paccionis quam qui
violare temptaret[6] vel consulere aut quo-
vis modo consentire violationi presum-
serit[7] per metropolitanam et omnis pro-
vincie pontifices anathemate innode-
De anathemate tur. Itaque[8] Myestko senex principatus
dignitatem assequitur dolose Et[9] anno
domini M°CXCVI° Cracoviam subin-
Iterum Myestko intrat Cracoviam trat[10]. Qui tandem Cracovia potitus, nec
iusiurandi nec pacti[11] visus est memini-
se. Sed quando tamen[12] nepotis mansue-
tudine et monicione devictus meminit
aut ubi potest dissimulant, et ubi dis-
simulare

simulare nequit procrastinando frustratur Lesthonis affectum. Rogat igitur et solicitat a patruo milicie insigniis insigniri et pacti ratam habere sponsionem. Seque Cracovie heredem viceversa institui. Sed[1] hec Myeslko respondit, quod pactis privatis Iuspublicum covelli non debere[2]. Convellitur autem si reipublice conditio deterior fieret, quod fieri quis non dubitet, si regni regimen adolescentis impericie committatur. Decentius enim adolescentia obsequi debeat quam imperare premittatur,[3] qui ergo tenet teneat donec medio fiat.[4] Sed quia Myeslko opibus et facultatibus aliorum insidiari ceperat ut eos sibi quoacunque quesito colore applicaret, Impaciencia procerum Cracovie de Cracovia expellitur, et dux Lestko iterum revocatur. Sic ergo tam pacti quam iurisiurandi penam quadam confusius depressione promeruit.

Iterum Cracovite Myeslkonem repellunt et iterum Lesthonem reassumunt.

Qualiter

Qualiter Myesko Cracoviam quarto recuperavit.

str. 58. Myesko etenim sue expertissime artis non immemor rursus[1] Cracoviam eadem arte qua prius additis astuciis recuperare nititur Et ad matrem adolescentum Listhonis et Cunradi eiusdem ingenii passibus recurrit, suspicionemque perfidie[2] extenuare et amovere studet,[3] et a se pacta et iusiurandum summa religione custoditurum affirmat, sed ab emulis impeditum fuisse et preventum. Nec sua fuisse responsa, que sua fore dicebantur, sed eorundem emulorum invidia, et dolosa astucia conficta. Nunc ergo nurus[4] dilecta vestra[5] duntaxat non deest favor[6] fides enim apud me non deerit promissa. Nam non solum Cracoviam vestris filiis hereditandam protestor et consciebam,[7] sed etiam Cuiaviensem[8] restituere provinciam promitto.[9] Occupaverat enim idem Myesko senex,[10] quamvis ad se minime dependisset.[11] Unum inquit[12] tamen

peropto

perosito, ut hostis omnium communis om-
nibus exilio relegetur; ne de principibus
animo[1] ludibria faciat, quando vult prin-
cipes[2] creans, et quando[3] vult et precipitans.
Hoc autem de Comite[4] significabat palati-
no Cracoviensi, quem noverat matri pue-
rorum tunc temporis valde exosum
quamvis alias utpote virum discretum
et strenuum non modicum preteris[5]
dilexerat, cujus eciam consilio in qui-
busvis negotiis ipsam[6] et eius pueri pro-
vide regebantur,[7] donec invidorum dolo
fabricante causas odii contra illum con-
gesserat, et ideo[8] more femineo ad vota
senis Myeslkonis omnium procerum Craco-
vie assensum[9] inclinat, ut vir innocens exi-
lii perpetuitate condemnetur.[10] Rursus i-
gitur hac racione[11] pasciscuntur ut Myesko
senex Cracoviam[12] in[13] instanti restituat, et
in Cracovia ad finem vite ut princeps
regnet. Duce Lesthone ex illius ~~successio-~~
~~ne~~ constitucione successuro. Sciens autem
Comes Nicolaus exilii sibi[14] imminere peri
culum

De Palatino Craco-
viensi.

Hic infra Cracovite
iterum reassumunt
Myeslkonem senem,
sed notandum de
tanta virorum in-
constancia.

cilium graciam sepe ac sepius ducis Lest-
Ronis et matris ipsius multis modis im-
plorat, qua[2] humilime quesita nec inven-
ta non sine gravi dolore[3] cum plurima a-
micorum socitate ad senem Myeskonem
transmigrat, de quorum adventu senex[4]
Myesko alacrior effectus[5] Cracovie principa-
tum aggreditur.[6] Cuius nactus possessionem
tam pacto fidei, quam sacramenti religio-
ne penitus oblitus, nec Lesthonem Craco-
viensi principatui heredem instituere ut
spoponderat, nec Cuiaviam[7] restituere cu-
ravit imo wisliciam et alia tria[8] castra
Lesthonis et Cunradi asserens illam[9] esse
Cracoviensis provincie violenter occupa-
vit. Que tandem magnis maiorem[10] San-
domirie et Marovie consiliis ac studiis
cum Cuiaviensi[11] provincia restituta et re-
cuperata fuere. Sic Myesko senex Cracovia
poluis[12] regnavit potenter, sed in brevi fac-
tus est in pace locus eius, obiit autem in
Kalis Anno domini M°CCII° et sepultus
in Ecclesia sancti Pauli per ipsum funda-
ta in

ta in sepulcro filii sui Myeskonis.

Qualiter Myesko albus respuit Cracoviensem principatum.

str. 59.

Lestko videns inconstanciam Cracoviens. respuit ipsos nec voluit ire Cracoviam.

Cracoviensium autem primi optimates et natu maiores cum Fulcone Episcopo ad Lesthkonem album ducem Sandomiriensem nuntios mittunt, fidelissima ei obsequia, et principatum Cracoviensem offerentes. Sed quedam inerat[1] fermenti massa, que totam[2] studuit corrumpere pastam.[3] Erat quidam vir prosapia generosus, moribus insignis,[4] consiliis providus, armorum usitatione strenuus. Omniumque virtutum venustate praeclarus nomine Gouorcius,[5] qui tunc apud ducem Lesthkonem Palatini dignitate fungebatur, cujus arbitrio omnium dignitatum ipsius Lesthkonis cardo vertebatur. Inter hunc igitur et Comitem Nicolaum Palatinum Cracoviensem quoddam infortunium inexecrabiles inerat discordias susurrorum forsitan ingenio fabricatas. Non

Gouorcius

Nicolaus Palatin. Cracovien.

aliter

aliter ergo Nicolaus Comes in ducem Listh-
conem suum vellet accomodare assensum
nisi Comitem Govorcium a se reiciat et
omnino expellat. Ait enim, nec fidelitatis
nec obsequii locum esse inter discordias, nec
rempublicam tranquilitatis pace inter ri-
xantes posse gaudere. Hesitat enim dux
Listho, Hesitant et sui, ac in hoc dubio
quid eligant ignorant, Cracoviam careant,
an virum utilem sine demeritis expel-
lant. Sed primum danmosum, secundum
criminosum. Quibus inter dubia percunc-
tanter revolventibus. Indignum est in-
Loquitur Govoricius. quit Comes Govoricius in re tam perspi-
cuam vestram discrecionem pendere. Nam
quis ambigit multorum commoda modicillo
mercari dispendia. Quis nesciat cuiuslibet
persona potius carendum esse, quam uni-
versitate. Quis ignoret minus malum
maiori preferendum presertim cum pu-
blica utilitas preferenda sit private.
Quando ergo is vitam exponet pro amico
qui exilium horret pro domino, nec exilium
dixerim

cum quis, licet exul, nec amicos deserit, nec periculorum se eventibus exponit felix ille exulatus, quem prosequitur gracia, non odium insectatur[1]. Ad hec dux Lestko, hoc itaque[2] te comprobo proposuisse ac si mei animi desit[3] quocumque pacto votum[4] ambicionis complere. Sed absit a principe omne negociacionum[5] genus. Inhonesta procul absint[6] honestorum et precipue principum commercia. Quid enim illi offerunt qui innocentissimi precium querunt. Cujus luctuosi eventus sit plena dignitatum penalitas,[7] et liberi capitis nulla sit estimatio. Alium ergo quam ducem Lesthonem sibi querant Cracovite, qui condicionibus ipsorum conveniens sit et moribus. Cracovienses[8] intellecto ad Wladislaum ducem Gnesnensem filium Myeschconis senis, ac si adhuc in[9] eligendo principe tractatum habuissent legatos transmittunt assenentes, patri fidelitatem promissam filio se debere. Ideoque in ipso electionis locum non esse, quem ad primam[10] successionem

Etiam Wladislaus Gnesn. noluit acceptare Cracov.

str. 60

sionem vocat Iurisiuratio[1] postulat et requirit. Quibus primo regracians. Wladislaus generosus[2] sibi ait, tante fidelitatis obsequia tam[3] gubernacula Regni. Sola enim fides est que claudit, et aperit, propagat et artat, firmat et conservat Imperia, hec[4] sola non solum regit, sed et ipsos reges tam[5] regere quam regi docet. Et quidem rem aggrediuntur[6] satis ardua arduis egentem amicorum consilijs. Si ergo placet fratri nostro Lesthoni duci Sandomiriensi vestrum pandatur[7] propositum, quatenus non sine effectu vestra circa nos laboret intentio. Ipse enim salus[8] et impedimentum potest esse et profectus[9]. Nam frater eius dux Cunradus eius per omnia sequitur arbitrium. Sed et Wladislaides Myszkonem et Boleslaum eius nutum sequi non ambigo quorum et si magnum non sit habere favorem, operosum[10] tamen non habere invidiam proinde legatos cu Lestconem transmittit, per quos[11] ordine rem exponit et dirigit Epistolam infra scriptam:

Plus quam

Plus quam anime sue fratri dilecto (1)
Lesstkoni Dux Wladislaus vite utriusque
salutem. Status racionis non patitur
stalum (3) sane mentis (4) a se dissidere vel
in seipso corrixari (4) dissidentiam (5) vix ad-
mittit ijdemptitas amorum (6), porro et
perpetuitatem dilectionis concatenavit
que res parem in nobis gignere discit (7)
voluntatem, & consonum in omnibus red-
dere debeat consensum. Et quum Cracovien-
sem vos respuisse certo certius cognovi-
mus principatum, omnium in nos vota
procerum super eo noveritis cucurrisse (8)
quorum propositum tanto confidentius
aggredimur quanto minus de vestra
dulcedine dubitamus non ut illo perpetuo
potiamur sed ut promptior ad illum nobis (9)
ex vestro (10) arbitrio paretur facultas hoc igitur
in facto non est solum nostra promotio.
sed vestri profectus honoris. Dux igitur Lestch-
co mente huius intellecte epistole quid-
quid in se vel in suis visus est habere pro-
motionis et studii fraterni desideriis acco-
modat

modat, condescendens contra pontificum et primatum consilia, ac prudentum. Gemebant enim successionem filiorum ducis Cazimiri in illa dignitate, in hoc facto deinceps expirare.[2] Cernentes ipsum Lesiconem contra suum commodum et profectum laborare,(3) unde frater ejus dux Cunradus, vix tandem et quasi coactus eorum voluntati superficietenus[4] visus est consentire. Itaque sub totius polonie conspectu satrapsarum a coligato[5] milite usque ad supremum consensum omnium accedente dux Wladislaus Myeskonis senis filius constituitur Cracovie princeps qui tam accessiblem tam favorablem, tam benignum dulcem et suavem omnibus se prebuit ne aliorum crederetur (defectus[6] contemnere) immo ne de propriis virtutibus arrogantior videretur, sese offerebat cunctis affabilem eciam dona largiflue effundendo, quo non obstante subito principatui Cracoviensi reddere sit coactus ut infra patebit.

Qualiter

Qualiter Dux Lestco perpetuus efficitur Cracovie possessor.

Sed hic iterum Wladislaus pro Cracoviam destituitur et iterum Lesthko credo iam tercio assumitur.

Mortuo igitur[1] Nicolao Castellano[2] Comite Cracoviensi qui iuxta votum duce amovebat, et alios surrogavit,[3] pociores terre Cracoviensis cum Fulcone Episcopo ipsorum duci Wladislao fidelitatis obsequia denegant et expresse ipsum pro duce habere recusant, et mox pro Lesthkone[4] versus Sandomiriam transmittunt ipsum deprecantes ut principatum Cracoviensem[5] suscipere non recuset qui veniens Cracoviam per Universitatem Nobilium in Cracoviensem principem fuit honorifice susceptus Wladislao de terra Cracoviensi[6] reiecto et penitus profugato.

str. 61

De divisione terrarum inter Lestconem et Cunradum.

Lestco namque primogenitus, Cracovie Sandomirie, Siradie, Lancicie et[7] pomorani dux

nie dux et dominus efficitur Cunradus vero iunior totam Mazoviam[1] et Cuiaviam ~~et Cuiaviam~~ plenissime consequitur, et possidet ac semen suum divino munere possidebit in eternum, post hoc Lestco albus accepit uxorem nobilem de Russia, nomine Grzimislawam[2], de qua genuit ducem Boleslaum pudicum & felicem Salomeam[3].

Qualiter Lesthco et Cunradus Romanum principem vicerunt.

Romanus denegat polonis tributa et poloniam intrat.

In illo[4] quoque tempore Romanus potentissimus princeps ~~polono~~ Rutenorum sepe dictus duci Lestconi tributa denegat audacterque[5] suo imperio opponit[6] ac congregato numerositalis[7] exercitu manu potenti metas polonie aggreditur insperate. Quod dum auribus Lestconis perstrepuit illico paucorum congregatione armatorum facta in Zauichosth occurit[8] in eumque irruit, occupat et prosternit. Quod Ruteni cernen-

tes qui

tes qui primo pompatice venerant vul-
nerati, et occisi quam plurimi cum duce
suo Romano mortui ceciderunt, reliqui
fuge presidium inivere[1] in qua fuga
multi in Wisla fluvio, vitam miserabili-
ter terminaverant.[2] Sic Romanus qui ob-
litus beneficiis per Casimirum et Lestco-
nem[3] eius sibi quam pluries impen-
sis fratres suos impugnare presumsit
a gladio corruens in loco certaminis ex-
piravit.[4] Et hoc Anno dni M°CC quinto.

per Lestconis exercitum interficitur Romanus.

Qualiter Lestco per pomeranos in dominum suscipitur.

Post hoc[5] Lestco dux[6] albus pomora-
niam intrat. Ibique ab omnibus mariti-
morum proceribus, tanquam eorum le-
gittimus princeps et dominus honorifice
est susceptus, et magnifice pertractatus
negotiis quoque rite et provide ordinatis,
statuit loco sui Capitaneum Swanthopel-
conem nomine virum potentem et stre-
nuum, sed domino suo minime fidelem

De proditore Swanthopelcone

ad sedem

ad sedem Regni sui[1] revertitur feliciter prosperatus.

Qui principes in quibus provinciis principantur.

Ut autem quilibet lector historiarum polonie actus et gesta, ac processum[2] principum polonorum que sequentur[3] plenius possit capere, et lucidius notare. Restat videre qui principes quibus Tetrarchiis[4] hijs temporibus prefuerunt. Lestcone itaque et Cunrado filiis Casimiri in Cracovia et Mazovia ut permittitur[5] regentibus Henricus cum Barba in Slesia Wladislaus Casimiri in Opolia[6] Wladislaus magnus dictus tanszonogy[7] Miskonis senis filius in Gnezna Wladislaus Plwacz[8] filius Odonis filii Myeschonis senis in Posnania similiter principatur et regnant. Slesie[9] et Opolie principibus aliqua tamen de ipsis inserere[10] non obmittam de ceteris[11] tamen[12] scribere intendo. Siluitque aliquot annis Regnum polonie, utens tranquili

Lestco et Cunradus.

Henricus cum Barba. Ar. 62.

tranquilitate pacis.[1]

Quomodo Wladislaus, preoptate filius Odonis de terra fugit.

Wladislaus igitur filius Odonis sub cura Wladislai magni dicti Cansonogi[2] ducis Gnesnensis patrui sui existens. Cum ducatum suum poznaniensem et Kalisiensem habere voluisset et Castrum Calisch ignorare[3] patruo subintrasset Wladislaus patruus suus congregato exercitu ipsum de Castro Kalisch[4] fugientem usque in[5] hungariam profugavit. Et hoc anno domini M°CC XVII°. Qui post aliquot annos rediens Vscrye[6] Castrum Swanthopelkone Capitaneo[7] Pomoranie sibi auxilium prebente Anno domini M°CCXXIII°[8] subintravit[9] ipso die Dijonisi[10] et sociorum eius.

Wladislaus Cansonogi Dux Gnesnen. fugat nepotem suum Wladislaum filium Odonis poznanien. et Calisien ducem de Kalisch usque in hungariam.

Wladislaus Odonis proditoris Swanthopelconis auxilio subintrat Vscrye.

De prelio ante Castrum Vscrye.

Anno itaque[11] M°CCXXVII Wladislaus magnus totali sue gentis potentia magnitudine[12] recollecta Vscrye Castrum valavit. In cu-

cuius stacio

Wladislaus magnus debellatur circa Vszcye per Wladislaum Odonem.

hic Wladislaus Odonis recuperat Poznaniam Calysch et alia sua dominia.

ius stacione[1] Wladislaus Odonis ipso die divisionis Apostolorum de Castro repente exiliens exercitum patrui[2] debellavit palatinum[3] quoque ipsius cum multis nobilibus et gente innumera prostratos[4] occidit.[5] Sic Wladislaus magnus Castrum impugnare desistens ab ipso confusus abscessit. Quem Wladislaus Odonis post modici temporis intervallum animose insequitur et Poznaniam Calis et alia Castra Dominii sui, recuperat patruo suo invito.

De morte ducis Lestconis Cracovie.

De Swanthopelcone proditore.

de Cassubitis

Tempore quoque eodem et anno Swanthopelcus pomoranie superioris Capitaneus de quo superius premissum est Rememorans qualiter Casimirus Lestconis pater, quendam virum strenuum de cognatione griffonum Gracum[6] Boguslaum[7] nomine Capitaneum[8] Cassubitarum in ducem partis[9] Pomoranie et Casubitarum creasset sibi tamen et suis successoribus obsequialem[10] reservans

anhelabat

anhelabat, et ipse importunis instancijs Lestconi supplicando ut ipsum similiter in ducem pomoranie superioris creare di-gnaretur. Quodque[1] Lestco facere differebat Swanthopelcus sibi fidelilitatis obsequia, et tributa debitis temporibus reddere neglige-bat. Quod Lestco perpendens inito consilio cum Henrico Barbato Duce Slesie Odonis expu-gnare[2] prefatum Swanthopelcum Capitane-um et ceterarum terrarum[1] Capitaneos evo-cari decrevit[1] iubens ut in Gansawam pro-pe Znem[2] (Zneinum) predm[6] (predium) Monasterij Tremesch-nensis certa die conveniret[1] super bono cum ipso reipublice tractaturi. Volens eciam Castrum Naklenense sub duce Wladislao ubi Swantopelcus veniens domino suo Duci Lest-coni bellum movere presumsit. A quo bello dum dux Lestco divertisset ad villam Mar-czyntow[8] fugiens Swanthopelcus proditor ip-sum fugientem Nepharie occidit, et magna strages in populo committitur utroque. Henricus vero dux predictus ibidem in balneo[9] graviter vulneratur. Sicque dux Lest-

co de loco

De Ganschawa.

str. 63.

Hic proditor Swanthopelcus Capitaneus Pomeranie domino suo Lestconi bellum movet et occidit dominum suum Lestconem in Marczyntowo.

Lesko in Cracovia sepelitur et Boleslaus pudicus filius eius successit.

Traditor Swanthopelcus usurpat sibi Poloniam.

co de loco necis in Cracovia dicitur[1] ibi[2] in maiori Ecclesia honorifice Anno domini M° CCXXVII° sepelitur. Cui Boleslaus pudicus filius eius[3] unicus in regno[4] successit, dux vero Henricus versus Slesiam similiter reductus est cum nimio dolore, de cuius virtutibus infra patebit. Et extunc Swantopelcus proditor nequissimus sibi in pomerania[8] ducatum usurpavit. Fertur namque quod mors huius pijssimi Lestconis[5] sit facta de conniuencia, et Consilio Wladislai Odonis polonie ducis. Nam ut quidam aiunt Wladislaus Odonis per patruum suum ut premissum est de terra fugatus. Et tempore sui exilii Swantopelci D. prefati[6] duxerat filiam[7] in uxorem, et ad finem Swanthopelci[10] auxilijs fortificatus, terras suas a patruo recuperare potuisset quibus recuperatis, eciam Swantopelci[9] consilijs et auxilijs assistebat.

Quomodo Conradus Dux Mazovie Boleslai pudici efficitur tutor.

Denique post mortem Lestconis princi-

pis preclari

pis preclari Cunradus frater eius Mazovie dux nepotem suum Boleslaum pudicum nondum pubertatis annos habentem cum suis ducatibus Cracoviensi et Sandomiriensi terris[1] in sui curam suscepit. Sed postquam Boleslaus annos pubertatis attingens[2] cum sua genitrice Dominia sua[3] a patruo suo Cunrado tutelam suam respiciens[4] rehabere[5] voluisset. Cunradus ipsum[6] cum matre captivavit[7] et in Castro Szczechow arte custodie vinctum deputavit. Qui tandem post aliquot tempus solicitudine Abbatis Szczechoniensis evadens[8] Zawichost[9] et Sandomirie Castra[10] ultro se sibi veluti domino suo naturali tradentibus, obtinuit reverenter Quibus habitis Henricum cum Barba ducem Slesie Boleslai alti filium fratrem suum patruelem in subsidium contra patrem[11] suum evocavit. Qui Henricus fratri suo Boleslao in subsidium festine veniens, cum Cunrado patruo suo multa prelia non sine desolatione terrarum Cracoviensis et Sandomirie comiserunt prius quam ipsum de

Cunradus dux Mazovie captivavit Boleslaum pudicum cum matre

De Henrico cum Barba

sum de terris Cracoviensi et Sandomiria eicere potuissent, quo tandem eiecto Henricus cum Barba dux Slesie[1] Cracoviensem Ducatum, et partem terre Sandomirie eciam consenciente Boleslao pro se usurpavit. Iste namque Henricus Monasterium Opatoviense cuius Monasterii Abbas et[2] rutenorum Episcopus pro catholicis ibidegentibus de novo[3] fuerat creatus ad Ecclesiam Lubicensem[4] transtulit omnia bona Episcopatus Russie olim ad monasterium Opatoviense pertinencia incorporando Ecclesie Lubicense predicto[5] licet de facto. Huius eciam Henrici tempore, mos[6] ille nepharius inolevit, quod Ecclesie incastellabantur Nam Monasterium Andrzeoviense Ecclesia in prandocyn Ecclesia sancti Andree sub Castro Cracoviensi Scarbimiriensi[7] similiter[8] et cetere Ecclesie tam per Henricum quam per Cunradum predictos incastellabantur[9] et vicissim expugnate prophanabantur[10]

Ar. 64.

Opathow in terra Sandomiriensi affigitur pro Episcopatu Lubucensi

Qualiter

Qualiter Cunradus paganicas gentes contra nepotes educebat.

Cunradus igitur dominia nepotis ambigens et eictionem sibi fore pudorosam estimans Jaczwozansitas[1] Scalbeos[2], pruthenos, Lythwanos[3], Szamzutas[4] precio conventos, ad devastandum terras Sandomiriensses Nepotis sui frequenter educebat, qui furtim aliquas[5] terras invadentes, ipsas[6] rapinis desolabant Belciam quoque, Episcopi Oppidum et villas plurimas eidem opido adiacentes devastarent. Cui Cracovite et Sandomirite fortissime resistebant ipsius gentem paganicam et christianam[7] pluries debellantes prout in annalibus historie[8] continetur. Huius[9] Cunradi tempore gens paganica ad eiocationem eiusdem, ut premittitur, Regnum Polonie primitus cepit devastare. Congregaverat enim Cunradus predictus magnum thesaurum ad suggestionem uxoris sue[10], quem paganis sibi

De pruthenis et Lithwanis sibi devastabant terram Sandomiriensem

Belcia

Cunradus primo ceperat congregate prutenos contra polonos.

ganis sibi auxiliantibus largissime efundebat,[1] sed impunitus non remansit prout suo loco describetur.

Sequitur de captivitate Wladislai Odonis.

Wladislaus Odonis per Wladislaum magnum debellatur et Odonis profugat Wladisl magnū.

Anno vero domini M°CCXXVIII° Wladislaus magnus cum Wladislao Odonis nepote suo, congressu[2] campestri, bello invicem bellaverunt.[3] In quo congressu Wladislaus magnus victor existens nepotem suum ducem Wladislai[4] Odonis incaptivavit, qui captivitatem evadens patruum suum Wladislaum Magnum seu lasconogij anno sequenti de terris[5] polonie penitus[6] fugavit.

Quomodo dux Wladislaus magnus Gneznam impugnat.

Gnezna vallatur.

Demum anno domini M°CCXXXI° dux Wladislaus[7] Magnus veniens de Raczijkorz[8] Castrum Gneznen vallavit, et aliquanto tempore in expugnacione[9] mora facta expugnare non valens tristis abscessit et eodem anno ~~in exilio~~

no in exilio existens diem clausit extre-
mum. Sic Wladislaus Odonis in totius do-
minia(I) polonie principatur

Quare dux Wladislaus Odonis expellitur de terris.

1232. str. 65.

Sequenti igitur anno videlicet M°CC XXXII° dux Wladislaus Odonis totius maioris polonie princeps effectus volens de sublimatione sua Dei[II] vices rependere, qui iam duos filios de uxore legitima procreaverat videlicet Premislaum[III] primum et Boleslaum pium, et tactus devocione quam ad Ecclesiam posnaniensem pietatis motu gerebat in qua pater suus Odo et magnus Boleslaus et alii[IV] primogenitores tumulati requiescunt libertates ipsi ecclesie ducales[V] concessit, absolvens omnes hereditates Ecclesie predicte, quas pro tunc Episcopus et Capitulum Posnaniense possidebant ac in posterum iusto modo acquirere possent, et incolas earundem ab omnibus angariis et preangariis

Hic inferius omnia bona Episcopatus et Capituli Posnanien per Wladislaum Odonis absolvuntur ab omnibus angariis reangariis a Stróża a poradlne przewos &c

preangariis, a Stroza[1], a poradlne[2], prewod podwoda[3], a Sep,[4] a Stani[5] ab expedicione, et ab omni iurisdiccione Palatinorum Castellanorum et omnium iudicum et[6] subiudicum. Ita quod coram nullo eorundem homines Ecclesie[7] citati patere[8] seu respondere tenerentur. Sed tamen[9] suis dominiis[10] Episcopo prelatis et Canonicis debeant[11] respondere, propter[12] tres causas quas[13] homines Ecclesie dominis eorum presentibus per Judicem ducalem seu Regalem iudicari debebunt, nec tunc[14] penas pecuniales, si ad ipsas condemnarentur Judex ducalis tollere debeat[15], sed Ecclesiasticus cuius homo fuerit ipsas tollet prima autem harum causa est, si homo Ecclesie inimicos ducis ad terram suam devastandam eduxerit[16] si homines obnoxios ducales furtive obduxerit,[17] et si in mortem ducis machinatus fuerit, et ex hoc quia[18] multa capitis[19] et sanguinis effusio sequeretur ob hoc non vir Ecclesiasticus, sed Judex ducalis seu regalis sentenciare debebit, Conces-

sit etiam

sit etiam prefatus dux in eodem pri-
vilegio Paulo Episcopo posnaniensi et suis successoribus Monetam cudere Oppido[1] Crobija dans eidem villam que dicitur Sulkova-crobija[2], et quod possit[3] venari in quolibet loco Episcopatus sui propter quarum liber-tatum donaciones primates polonorum se-quenti Anno volebant ducem Wladislaum occidere, inducentes et assumentes in domi-num[4] Henricum Barba[5] et Cracovien. ducem. Contra cuius adventum Wladislaus Odonis cremavit Castrum Bnin[6] et Castrum Gnez-ne reedificat.[7] Alia autem causa eiectionis eiusdem[8] fuit hec quia Henricus cum Bar-ba rememorans vulnera alias in Gansha-va suscepta sibi[9] per machinationem Wla-dislai predicti illata terras Posnanienses[10] Calisienses[11] Pisdrenses[12] et Sredenses[13] et[14] Castrum Byechow[15] de connivientia, et ad evocationem Poloniam subintravit Castraque Bnyn et Srzem[16] reedificavit ac expensis et homini-bus munivit decenter, locavit que in Srzem filium sororis sue handlendis[17] marchionis

Pomoranie

Dux Wladislaus Odonis concessit privilegia plura Episcopo Posnanien-si.

De Byechowo

Pomoranie[1] quam post mortem dispoldi[2] Marchionis Moravie, Rex Bohemie Monaculus de terris Moravie cum quatuor filiis eiecerat qui apud fratrem degebat protunc Sed poloni post aliquot tempus Castrum Sremense[3] clam intrantes, ipsum occiderunt. Alter[4] postmodum Boleslaus a Paganis occiditur. Tercius Premisliaus[5] moriens in Przebnijcz tumulatur. Quartus Dispoldus[6] Canonicus Magdeburgensis ibidem decedens sepelitur. Et sic idem Henricus cum filio suo Henrico Duces Slesie Polonie et Cracovie terrarum duces[7] sunt effecti.

Ar. 66

Henricus cum filio Henrico efficitur Slesie Cracov. et Polon. Duces.

Qualiter hospitalary sancte Marie iholitane de domo teutunica Culmensem terram intraverunt.

Conradus namque Marovie dux supradictus, qui multas infestationes a prutenis et a pollexianis in terra Culmensi sustinebat ad Consilium Gunthari Episcopi Barbatis nigra cruce signatis hospitalariis

sancte

sancte Marie ierosolimitane de domo teutonica concessit terram Culmensem viginti annis, ut resisterent Prutenis et Pollexianis cum eis[1] preliando eius iuvamine mediante. Infra quos annos cum pruteni et alie gentes paganice terris Mazovie ducis Cunradi predicti nimium fuissent infesti predictus Cunradus Henricus[2] cum Barba nepotem suum ducem Slesie prefatum in sui adiutorium evocavit. Cuius fretus auxilio et cruce signatorum predictorum in pruthenis, et aliis[3] gentibus paganicis magnam stragem commisit, ipsos fortiter debellando post cujus victorie triumphum[4] Henricus dux sepe dictus Cunradum patruum[5] suum pecijt, ut cruce signatis, predictam terram Culmensem perpetuo ascribere dignaretur. Ad cuius preces idem Cunradus terram predictam infra Ossam, Wislam et Drwanczam fluvios, prefatis hospitalarijs[6] gratiose donando perpetue ascripsit.

Cunradus vocat Henricum cum Barba nepotem contra Prutenos quos devicit.

Hic Cunradus dotat terram Culmensem in perpetuum Cruce signatis.

De morte

De morte Henrici ducis cum Barba viro sancte Hedvigis.

Anno itaque[1] M°CCXXXVIII° Henricus cum Barba dux Slesie, polonie et Cracovie diem clausit extremum Henricum filium suum unicum quem de sancta Hedvigi procreaverat, relinquens heredem et consequenti[2] anno, videlicet M°CCXXXIX° Wladislaus[3] Odonis dux Polonie exul existens et in modica parte polonie principatum videlicet Uscrye Nakel Srzem[4] cum eorum appendiis obtinens, migravit ad Christum et in Eclesia Posnaniensi tumulatus quiescit. Eodem quoque anno Episcopus Magburiensis[5] Lubusz Castrum obsedit asserens illud per Henricum Imperatorem tempore Boleslai expugnatum fuisse et Ecclesie sue Maibrigensi[6] donatum. Sed magna multitudine sui exercitus hominum perdita[7], et per Polonos devicta, mestus discessit.[8]

Wladislaus Odonis moritur et in Posnan[ia] sepelitur.

Episcopus Magburiensis de Lubusz.

De vasta

De vastatione terre hungarie per tartharos facta.

Eodem quoque Anno videlicet M°CCXXXVIII° Tartari[1] hungariam devastaverunt et spolijs receptis cremaverunt[2] et secundo anno ad propria redierunt.

Sequitur qualiter Boleslaus pudicus dux Cracovie Kyngam duxit in uxorem filiam regis hungarie.

/: Dopisek tej samej ręki co i noty na marginesach
Kynga ducissa Polon^e Crac^e filia Boleslai Regis hungarie postquam nata fuit prorupit in vocem dicens. Ave regina celorum, quo dicto loqui desiit usque ad tempus scdm (secundum) naturam. :/

Anno igitur quo supra Boleslaus pudicus filius olim Lestconis ducis Cracovie Felicem Kyngam[3] filiam Boleslai[4] Regis hungarie sibi copulavit in uxorem que ut aiunt statim ut nata fuerat contra morem infantium prorupit in vocem[5] dicens Ave regina celorum quo dicto loqui[6] desiit us- Str. 67.

que ad

que ad tempus secundum naturam[1] prefinitum hec cum viro suo celebem[2] vitam ducentes continenter in finem[3] usque[4] dierum vixerunt et feliciter animas deo reddiderunt.

Quomodo Lowycz Castrum cum suo districtu ad Ecclesiam Gnesnensem pervenit.

1238. Demum anno supra dicto Cunradus Marovie dux vesania diabolica[5] inductus[6] Maijstrum Johanem[7] Scolasticum plocensem comprehendere iussit et plagis appositis nimium affectum[8] ut furem suspendere precepit, Quem iterum iam mortuum a patibulo sublatum et ad Ecclesiam sancti Benedicti in rippa visle contra faciem Ecclesie plocensis deferri et suspendi iussit. Et hoc ideo quia cum Casimirus filius Cunradi predicti filiam Henrici ducis Slesie nepotem ducis Henrici cum Barba, et[9] sancte Hedvigis quarto[10] gradu consanguineitatis a se distantem duxisset

Maijster Joan. Scolasticus Plocen suspenditur per Cunradum.

tem duxisset in uxorem. Et prefatus Scolasticus Casimiri Maÿster et pedogogus existeret. Idemque Casimirus dux, circa uxorem in domo soceri sui preter patris voluntatem, plus debito tempore moram faciebat. Imposuit culpam dux Cunradus Maystro Johanni quod ipsius consensu et consilio dux Casimirus in contemptum patris hoc facere presumebat, et ab[1] hoc in eius necem prorupit.[2] loco cuius maleficus[1] dux Cunradus sepe dictus Castrum Lowÿcz[1] cum suo districtu, Archiepiscopo et Ecclesie Gnesnensi in satisfactionem perpetuo donavit.

(obciąty wiersz) Lowicz Ecclesie Gnesnen. datur.

De Concilio per Gregorium nonum Rome celebrato. –

Denique anno domini[1] M°CCXL papa Gregorius IX Iussit omnes Archiepiscopos Romam convenire Episcopi vero et Capitula eorum qui nollent seu non possent, ex aliqua causa racionabili per nuncios comparerent. Ad hoc ut de consilio eorundem

Papa convocat Rome concilium contra Imperatorem Fredricum sed omnevie preclud.

Fredricum

Fredricum Imperatorem quem iam non[1] anno proxime preterito excomunicaverat,[2] pro eo quod quosdam Episcopos de se, dibus suis eiecerat, et quosdam Cardina, les captivaverat, ab imperio removeret, quia per annum et amplius in excomu, nicatione perdurans, reconciliari contem, sit. Sed ipsius Imperatoris astucia et dolo precluse fuerant vie Romam venire tendentibus, sicque minime ve, nire vocati valuerunt.

De primis tartharis qui polo, niam et hungariam venerant.

Sandomiriensis ter, ra per Tartaros de, vastatur

Anno vero[3] M°CCXLI° Bachy[4] Rex tar, tarorum exercitibus[5] gentis sue imminere[6] transiens per Russiam volens intrare hun, gariam. Sed priusquam fines hungarorum attigisset, partem sui exercitus contra Polo, niam destinavit, qui die cinerum Civitatem et terram Sandomiriensem vastaverunt nulli sexui vel etati parcentes, postmodum[7] per Vyslіciam Cracovie[8] pervenerunt vastantes quibus

quibus prope Opol Boleslaus[1] Opoliensis
str. 68. et Wladislaus Sandomiriensis duces[2] occure-
runt et preliari ceperunt, sed terga vertentes
fugierunt, multitudine[3] et[4] Dei voluntate
resistere non valentes.[5] Et sic dicta[6] pars e-
xercitus Tartarorum deinceps Siradiam
Lanciciam et Cuiaviam vastantes usque[7]
Slesiam pervenerunt. Quibus Henricus fi-
lius Henrici cum Barba Slesie Cracovie
et Polonie dux cum multis milibus armato-
rum in Campo castri de Legnycz potenter
occurit, et animose spem in dei auxilio et
fiduciam obtinens cum ipsis congreditur
Sed permittente deo qui suos aliquando
propter scelera flagellari permittit Nobi-
lissimus dux prefatus Henricus multis
milibus hominum deperditus ipse occidit[8]
interfectus cum quo quidam dux Boleslaus
dictus Schepoltha[9] fuit similiter interfectus
Bathy vero Rex Tartarorum cum intras-
set hungariam occurerunt ei[10] Bela et
Calmanus[11] fratres Reges hungarorum;
qui tandem maiori parte exercitus sui
in prelio

Boleslaus Opolien. et Wladislaus Sandomirien. duces per tartaros debellantur.

Henricus Polonie Cracov. Slesie dux filius sancte Hedvigis et dux Boleslaus Schepoltha interficiuntur per Tartaros.

in prelio amissa, terga verterunt. Et sic Bathy Ungariam vastans, et homines a maiori ad minimum crudeliter interfi-ciens, nec parcens ulli sexui vel etati, etiam Danubium fluvium pertransfluit.[6] In quo regno per annum et amplius fuit commoratus crudelem stragem in populo et desolationem Urbium nephariam commitendo.

Qualiter Boleslaus filius Henrici occisi per tartaros de polonia fuit eyectus.

Iste Boleslaus filius Henrici cepit polonos prosequi teoluno etiam ipsis proferendo

Solus[7] namque primogenitus Henrici quem tartari occiderunt mansuetudine patris exutus et sevicia beluina indutus, qui patri suo Henrico[8] Wladislao Conrado videlicet et Myeskonem ducibus successerat cepit sevire in Polonos et insolenciam nimiam exercens teutunicos polonis preferendo et ipsis predia large tribuendo propter quod poloni sibi fidelitates omagia facere recusarent ab ipsi-

us domino

us domino[1] sponte recedentes[B] Adheserunt que suis dominis naturalibus premislio et Boleslao filiis quondam[2] [C] ducis Wladislai Odonis Quo facto mox terrigene poloni castrum Przemanth sub Boleslao duce Slesie a quo recesserant ceperunt. Et dominis suis Premislio et Boleslao assi- gnaverunt.

Qualiter proditor ~~dxxx~~ Swan- thopelcus dux pomeranie pru- tenos contra christianos insur- gere facit.

Swanthopelcus itaque proditor, qui seipsum puderose et nepharie in ducem[3] creaverat prutenos baptizatos subdicio- ne Barbarorum[4] constitutos ab eorum fi- delitate, suo pravo consilio subtrahens, sibique coadunatos in eosdem insurgere fecit, qui inopinate irruentes in teotu- nicos nulli etati vel sexui parcentes[5] teo- tunicos perimerunt. In cuius facti ulcio- nem[6] barbati cruce signati, cum ducibus polonie

Hic iam invenio Prutenos sub di- cione crucifero- rum!

polonie adunati. Castra predicti Swanthopelci Wisegrod, et Zartawicam[1] expugnaverunt. Castrum quoque Nakiel quod idem Swanthopelcus sub Premislao et Boleslao iuvenibus paulo[2] ante occupaverat De cuius potestate capientes duci Premislio et suo fratri reddiderunt. Et hoc anno domini M°CCXLIII d[3] quo tempore Premisl dux Polonie predictus edificavit Castrum Ozibanszim[4].

Castrum Nakel sub Swanthopelco [illegible] [illegible] traditore recuperatur

Ar. 69

Qualiter Cunradus dux Mazovie bona Ecclesie Cracoviensis spoliavit.

Eodem quoque anno Cunradus dux Mazovie Diocesim Cracoviensem intrans,[5] Ecclesie villas spoliavit, et curias Episcopi exussit et multis damnis Ecclesie[6] illatis ad propria redut illesus, et ab hoc Prandota Episcopus Cracovien qui anno proxime precedenti in Episcopum fuerat electus et consecratus, ipsum ducem excommunicat.[A] Cuius sententiam dominus Fulco Archiepiscopus Gnesnensis

Prandota Episcopus Cracoviensis excommunicat Cunradum ducem Mazovie.

Gnesnensis confirmavit et eodem tempore Swan-
thopelcus Pomoranie[1] dux filium suum
Myesthonem[2] Barbatis cruce signatis ex-
perte[3] obsidem dedit. Et quia cum Pruthenis
statim post hoc, pacti et fidei promissi[4] ob-
litus sedicionem in terra prussie movere
presumsit, filius eius predictus in Theotu-
niam est deductus. Anno quo[5] supra dicto
Cunradus Marovie dux sepe dictus cum su-
is Marovirensibus[6] iterum terram Sandomi-
riensem potenter intravit. Cumque[7] Boleslau-
us Nepos eiusdem sepe dictus in Suchdol
congressus prelium commisit et multos Ma-
zowitarum[8] prosternens Cunradum patru-
um suum[9] fugavit.

De exustione Civitatis Culmen-sis.

Anno igitur sequenti videlicet M°CCXLIIII°
Swantopelk dux et proditor memoratus
Zartaman[10] et[11] Culmensem Civitatem dolo
quorundam pecunia corruptorum succedi[12]
fecit, et post modici[13] temporis intervallum

Swantopelk proditor cum prutenis Hungariam intrat.

coadunata

coadunata sibi multitudine pruthenorum Cu-
yaviam intravit et multos cristianos ne-
pharie peremit et alios captivos abduxit. Ter-
ram quoque Cujavie incendio[1] hostiliter deva-
stavit et duos fratres de ordine minorum
suis[2] exercitus interemit.

Quomodo dux Premisl Castrum Calysch recuperavit.

Premysl dux Polonie duxit uxorem Hedvigam filiam Henrici occisi per Tartaros.

Post modici namque temporis intervallum
anni predicti Premisl polonie dux duxit
Hedvigam filiam quondam[3] Henrici[4] ducis
Slesie quem tartari occiderunt, in uxorem,
quarto et quinto gradu consanguineitatis
a se distantem post nupciarum autem so-
lemnitatem milites poloni Castrum Calysch
ceperunt, et duci suo Premislio presentarunt
Tenuerat enim Boleslaus dux Slesie Castrum
Calisiense usque ad tempus predictum Pre-
mislio et Boleslao reddere recusans.

De recuperatione Castri Santhok.

Eodem vero tempore et anno pomorani,
qui longo

qui longo tempore in antiquo Castro Santhok duci Slesie Henrico et filio eius Boleslao servierant, ipsum Castrum duci Premislao sponte tradiderunt.

Quomodo milites poloni insurrexerunt contra Posnanien. Ecclesiam.

Anno itaque et tempore prefatis omnes procceres polonie contra Ecclesiam Posnanien. unanimiter conspiracionem fecerunt libertatem suam[1] quam ei dux Wladislaus filius Odonis de qua premissum est concesserat et privilegio suo confirmaverat infringere volentes. Quorum vesanie dominus Boguphalus[2] cum suo Capitulo cesserunt ad tempus. Sed anno sequenti videlicet M°CCXLV° Premislius et Boleslaus fratres duces prefati ad instantiam dicti domini Boguphali Episcopi et sui Capituli privilegium patris ipsorum libertates prefatas, reexemtiones[3] continens provide confirmarunt, et in foris, ut sub pena serventur[4] proclamari fecerunt, Et post hoc in crastino Beati Adalberti Premislius 1244.

Boguphalus Epus Posnaniensis

Premislius et Boleslaus iterum confirmavit privilegia Posnanien. Ecclesie.

ibi. 70.

Premislius cingit Boleslaum gladio militari missam Fulcone Archiepo Gnesn. celebrante.

ti Premislius dux fratrem suum Boleslaum gladio cinxit militari et hoc in Ecclesia Gnezn. domino Fulconi Archiepiscopo missam celebrante

Qualiter quedam castra polonie Boleslao duci Slesie accesserunt.

Hic dividitur Slesia a polonia

Anno quoque M°CCXLVI°[1] Boleslaus dux Slesie sepe dictus veniens Poloniam Castrum Coponicam[2] super fluvium Odram edificavit, Cui occurentes Premislius et Boleslaus fratres, cum suis exercitibus ante congressum belli, facta composicione amicabili tria castra Santhok, Myedzyrzecz[3] et Dzanstim[4] sibi gratuite pro bono pacis contulerunt

De prelio in Zarzusow commisso.

Cunradus namque dux Mazovie pretitulatus moleste gerensque[5] per nepotem alias in Suchodol fuisset debellatus, et non sinens tanti pudoris opprobrium multum transire

tum[1] transire, elegit, magis maculata sentencia[2] deum offendere, quam obmittere vindictam, et congregata lithwanorum multitudine terram nepotis sui invasit depredando. Cui Boleslaus in Zarzystow occurens prelium invicem grande commiserunt. Sed Boleslao proch dolor fugato Lithwani et Marovite Sandomiritas et Cracovitas aliquos[3] occiderunt, multos ex eisdem[4] captivantes.

De Lithwanis

Occidunt Cracovite cum Sandomiritis per Lithuanos.

De divisione terre inter Premislium et Boleslaum duces facta.

Demum anno domini M°CCXLVIII° Premislius et Boleslaus fratres memorati[5] terram Polonie diviserunt in hunc modum Quia duci Boleslao cessit Castrum Calisiense cum suis appendijs et tota terra que protenditur a fluvio Proszna usque in[6] Przemanth[7] cum suis adiacenciis universis, versus vero septemtrionem usque ad Wartham

et usque

fluvium et usque in Moszinam[1], et ad paludem qui Sepno nominatur et inde Lanka, demum Obra fluvio terminatur[2], residuum vero terre Gnesnensis et Poznaniensis cum suis appendiis cessit in dominium duci Premisloni.[3] Jurat uterque quod hujusmodi divisionem[4] nunquam alter eorum violabit. Episcopus quoque[5] Boguphalus Posnaniensis instantibus ducibus predictis tulit excommunicacionis sentenciam in illum qui contra iuramentum aliquid de terra fratris presumeret vendicare sed nec iuramentum, nec excommunicacio obfuit quin divisio huiusmodi fuit violata ut infra patebit.

De impugnacione Castri Santok.

Prefatis igitur annis[6] et tempore Barnym dux Sclavorum seu Cassuborum obsedit Castrum Santhok ad cuius resistentiam Premysl dux polonie festinus accessit. Cui Boleslaus Slesie dux cuius erat Castrum in subsidium

in subsidium properavit, quos cernens Barnijn advenisse, ab obsidione castri nocte abscessit. Dux vero Boleslaus con-
Ar. 71. siderata Premislonis strenuitate et solici- Boleslaus Slesie do-
tudine defendendi terras. Sed[1] mox[2] castrum nat Santok Duci
Santhok gratuita voluntate restituit. polonie Premisloni

De recuperatione Castri Landensis.

Post paucorum namque dierum reconciliacionem[3] anni predicti Boleslaus dux Calisiensis frater Premislonis recuperavit castrum Landense, quod Casimirus dux Cuyavie et Lancicie[4] filius[5] Cunradi ducis Mazovie sub[6] monachis Landensibus firmaverat, et firmatum detinuit occupando post quod factum Cunradus dux Mazovie pater Semoviti et Casimiri predicti, de hoc seculo migravit Semovito filio suo ducatum Mazovie relinquens frater autem ipsius Casimirus patre sepulto, Lanciciam Skarbimirz[7] et Rospzam eximproviso occupavit. Dum frater eius Se-

movitus

movitus cum patre[1] ipsorum in paternis exequijs moraretur.[2]

De Sinodo in Wratislavia per legatum pape celebrata.

Anno itaque M°CCXL° octavo Jacobus Archidiaconus Leodnensis domini pape Capellanus, et in polonia Prussia et Pomorania eiusdem nuncius, celebravit Sinodum in Wratislavia. Cui interfuerunt Fulco Archiepiscopus Gnesnensis, Thomas Wratislaviensis, Boguzalus Poznaniensis, Prandota Cracoviensis, Michael[3] Wladisl. Petrus Ploensis, Nautherus[4] Lubucensis et G. Culmensis primus ordinis Cistercien-sis, qui de Abbate eiusdem loci de novo in Episcopum fuit creatus. In qua Sinodo idem Jacobus de consilio et consensu Epis-coporum predictorum[5] indulsit polonis u-ti carnibus libere a septuagesima usque ad quinquagesimam[6]. Consueverant enim poloni dicto tempore more primitive Ecclesie ab esu carnium abstinere. Et quia plu-

Episcopi Regni Polonie

De Culmensi Episcopo

Indulgencia pro polonis.

rimi fre-

rimi frequenter violabant et ob hoc vel ob id[1] excommunicabantur et eveniebant ex hoc pericula animarum. Et ideo indulgentia hujusmodi ipsis fuerat concessa.

De subsidio per Clerum Provincie polonicalis papa facto.

Denique anno prefato, Fulco Archiepiscopus cum Episcopis et Clero sue Provincie quintam partem reddituum Ecclesiasticorum pro tribus annis simul et semel recollegerunt, et per fratrem Gorfridum[2] primarium domini Pape pro subsidio Ecclesie Romane transmiserunt. Nam prefato tempore papa Innocentius quartus in Concilio Ludmiensi[3] Fredricum Imperatorem ab Imperio deposuit et contra ipsum brachium seculare invocabat[4]. 1248

Qualiter villa Cozlow Ecclesie Poznanien. accessit.

Anno quoque supra dicto Bogufalus Episcopus

Episcopus Posnaniensis villam Coslowo[1] a Semovito duce Mazovie pro XC marcis argenti recepit, quas idem dux pro debitis paternis solvere tenebatur et eodem anno et tempore Premysl dux polonie Thomam Castellanum Posnaniensem, et Thomislaum ac Sandziuogium[2] filium eius pincernam de cognacione Nalancz captivavit et vinclis ferreis constrictos in Gnesnensi Castro carcerali custodie deputavit volebant enim prefati milites cum suis consortibus in terram polonie Boleslaum ducem Slesie inducere Premislio et fratre suo[3] profugatis. Sed eorum consilia quamvis occulta et malicie conceptus presentie Ducum fuerant propallata.

Nobiles de Nalencz captivantur.

st. 72.

De divisione terrarum polonie iterum facta.

Denique[4] anno domini M°CCXLIX dux premisl polonie reedificavit Castrum et civitatem Posnaniensem circa Ecclesiam maiorem

maiorem et fratri suo duci Boleslao dedit Gneznam Bnyn Gredz seu Gedy[1] Bychow[2] Ostrow Nakel Uscrye[3] Czarncow[4] et Sim[5], Boleslaus vero Premisloni duci redonavit partem suam Castri et terre Calysch[6] ipsum contingentem.

de Byechow Castro.

De alienacione Castri Lubusz.

Tempore quoque et anno quo supra[7] Boleslaus dux Slesie predictus volens de fratre suo Henrico duce Wratislaviensi qui ipsum paulo ante propter suas insolencias captivaverat et victum[8] in turri Lignijcz[9], arte custodie deputaverat sumere vindictam Castrum Lubusz nobilem et firmum fratris sui Mijeszkonis qui ibidem in Ecclesia sancti Petri sub Castro tumulatus quiescat. Archiepiscopo Marhburgensi[10] ut sibi contra Henricum ducem prefatum ferret auxilium minus consultte[11] donavit. Cuius fretus auxilio nitebatur fratrem suum Henricum inducere[12], de terris penitus profugare

Lubusz alienatur a regno

Boleslaus malus prefert teutunos polonis

profugare. Iste enim Boleslaus cepit primo Teutunicos poloniam inducere, et ipsis predia et Castra tribuebat, ut contra fratres suos germanos, quos sine incessacione[1] impugnabat sibi auxilia preberent Zythaviam[2] quoque et Gerliczam[3], et alias plures[4] urbes et Castra a ducatu Slesie alienavit confuse. Quis[5] ne vidit teotunicos viros strenuos et animosos esse.

Zythawa Gerlicza a regno alienantur.

Qualiter dux Premisl rehabuit Castrum Rudense.

Post modicum[6] igitur temporis revolucionem predicti anni Wladislaus[7] de Opol filius quondam Casimiri ducis Opoliensis qui Castrum Rudense cum suo districtu sub Wladislao Odonis et suis filiis tempore exilii eorundem occupaverat nitebatur dictum Castrum Casimiro duci Cuyavie filio Cunradi olim ducis Mazovie pro CCCCC[8] marcis argenti[9] obligare duxerat enim Myeszko Wladislai

ducis Opo

ducis Opoliensis sororem Casimiri ducis predicti. Qui[1] assignaverat racione donacionis propter nupcias summam argenti predictam, quam postmodum in testamento decedens per fratrem suum Wladislaum commiserat, uxori sue exsolvendum[2]. Sed dum nuncij Kasimiri ad recipiendum Castrum[3] Rudense tardarent, Premysl dux polonie fugatis nunciis ducum predictorum Castrum Rudense predictum[4] accedens ipsum per Castrenses sibi presentatum occupavit. Eodem tempore prima[5] nocte post diem Beati Johannis Baptiste. Ego Boguschalus Episcopus Poznaniensis audivi, licet peccator per visum, quendam religiosum mihi dicere. Infra XXV. annos tota Polonia consumabitur Et dum a loquente interpretacione[6] diligenter inquirerem utrum in bono vel[7] in malo deberet consumari, non mihi respondit, dixit tamen, quod et papa deberet consumari[8].

Nota de visione Boguschali Episcopi Poznaniensis.

Qualiter

str. 73.

Qualiter dux Premysl edificavit Castrum Bythom.

Transacto autem[1] eiusdem anni[2] modico tempore Cunradus dux Slesie filius Henrici ducis occisi à tartaris, metu fratris sui Boleslai sepedicti. Qui ipsum non solum captivare sed eciam occidere nitebatur, partem terre sibi dare denegando. Secessit in Poloniam ad Premislaum[3] generum suum, qui ipsum benigne suscepit et honorifice pertractavit. Et tandem Premisl ductus[4] antedictus[5] collecto exercitu suo et sui fratris Boleslai ducis[6] Gnesnensis edificavit Castrum Bythom, prope Glogoviam, prope[7] Odram, et tradidit illud duci Cunrado predicto. Medio autem tempore quo castrum predictum murabatur[8] dux Przemisl Boleslaum ducem Slesie sepe dictum captivavit[9] et in vinculis[10] conjecit et rediens Poznaniam Sororem suam Salomeam Cunrado duci prefato dedit in uxorem. quorum nupcīis interera͡t,[11] Fulco Archiepiscopus Gnesnensis,

Et Bogufa

et Boguphalus Episcopus Posnaniensis. In hac eciam solennitate nupciarum Thomas Castellanus Posnaniensis et filii eius a captivitate per manus fideiussorum liberati fuerunt,[1] sicque bona fide et absque fraude et dolo duci Premisloni et suo fratri servicio perpetuo se obligarunt.

Nobiles de Nalencz liberantur a captivitate ?

De obitu matris Premislonis.

Demum[2] anno domini M°CCLIIII°[3] Kalendis Januarii Hedvigis mater Premislonis et Boleslai ducum diem clausit extremum.

Hedwigis.

De captivitate Boleslai ducis G.

Eodem vero anno XIIII. Kalendas Junij dux Premisl fratrem suum Boleslaum captivavit et omnes municiones illius videlicet Gneznam Nakel Usze Czarncow[4] Sim[5] Gedcz[6] Bijechow &c occupavit tradentibus se eidem spontanea voluntate.[7]

De captivi

De captivitate Henrici ducis Wratislaviensis.

Tempore quoque eodem Cunradus dux Slesie de Bythom predictus[1] fratrem suum germanum Henricum ducem Wratislaviensem captivavit[2] pro eo quod sibi promiserat et iuramento firmaverat a duce[3] Boleslao fratre ipsorum sepe dicto,[4] partem ducatus Slesie repetere quod non fecit. Ipse autem dux Henricus, datis pro se Cunrado fratri suo[5] obsidibus, liberatus est, promittens Cunrado a Boleslao partem terre repetere, aut de sua sibi certam[6] assignare.

Qualiter Crosnenses terrigene duci Cunrado adheserint.

Anno igitur M°CCLI° Boleslaus dux Slesie prefatus Hynthonem filium Muzonis[7] Castellanum Crosnensem quem pre ceteris singulari favore prosequi videbatur captivum tenuit et theotunicis custo-

dientibus[8]

dientibus presentavit volens ab ipso pecunias exigere cum qua(1) theotunicos in auxilium conveniret. Quod cernentes poloni, et de ipso penitus desperantes,(2) fratri ipsius duci Cunrado adheserent Crosnam urbem et alias municiones eidem presentantes.

Qualiter Wladislaus dux de Opol Eufemiam duxit in uxorem.

Eodem namque tempore Premisl dux Polonie sororem suam(3) Eufemiam(4) Wladislao duci de Opol copulavit in uxorem quinto et quarto gradu consanguineitatis sibi coniunctam.(5) str. 74.

De occupacione castri Dzbanschin.

Tempore quoque(6) predicto quidam(7) latrunculi Lubusz(8) exeuntes venerunt ad campestria castri Dzbanschin ut(9) predam caperent, quibus pecora capere volentibus quidam pastor ait, ut quid pro modica preda maiora spernitis. Ecce enim castrum

Hic de facto Albani tenent Lubusz et de ipso poloniam ingrediuntur prout infra.

strum

strum Debanschin tam[1] a tribus viris custo-
ditus,[2] expectantibus ceteros, qui debent ad
custodiam castri venire, quod audientes
latrunculi, et quasi[3] ad custodiam castri
euntes eo[4] dolo castrum intraverunt ip-
sumque occupaverunt. Sed cum mane ad
ducem Premislonem rumor facti huius-
modi pervenisset, festinus ad castri ob-
sidionem[5] proponit, edictum emittens
ut omnes Nobiles et populares, ipsum
festine insequerentur, et veniens latrun-
culos in Castro existentes[6] animose ob-
sedit latrunculi vero se in mortis peri-
culo[7] cernentes,[8] principis clementiam in-
vocarunt, qui ipsos benigne suscipiens,
et vitam tribuens Castro rehabito ipsos
abire liberos ad propria permisit.[9]

Qualiter dux Przemysl ducem Cunradum gladio cinxit militali! (sic)

Anno namque[10] domini M°CCLII°[11] in[12]
die Sancti Stephani Protho martiris[13] glo-
riosi

gloriosi Nobilis Premisl dux Polonie illustris Cunradus ducem Glogovie generum suum Boguſalo Episcopo Posnaniensi missam celebrante in sua[1] Eclesia Posnaniensi insignivit balteo et gladio militali. Eodem quoque anno[2] Barnyn[3] dux pomoranie[4] Castrum Drdzen sub quedam[5] dolo fraudulenter occupavit. Sed priusquam mensis occupationis predicte expirasset Premisl dux Polonie per potenciam ipsum recuperavit viceversa.

De obitu Boguſali Episcopi Posnaniensis. -

Anno itaque[6] domini M°CCLIII° V°[7] ijdus[8] februarii Boguſalus Episcopus Posnaniensis in predio Ecclesie sue[9] diem[10] clausit extremum. Delectabatur autem nocte dieque legendo in libris sacre scripture, quorum copiam non modicam habebat. Et plus quam aliud[11] thesaurum ferventissime diligebat. Quos omnes post obitum suum Ecclesie Posnaniensi reliquit. Iste felix[12] Episcopus secundo anno Episcopatus sui Chorum Ecclesie Posnanien

De Solecz prope Danubno

Plures libri relinquuntur Eclesie Posnanien per Boguſalum Episcopum Posnaniensem.

Posnaniensis propter quasdam scissuras fundamentaliter seu funditus destrui fecit et denuo[1] construxit, vixit autem in episcopatu suo decem annis et XXVI. septimanis, post cuius decessum Capitulum Posnaniense ad electionem futuri pontificis convenientes, processerunt per formam compromissi, et[2] elegerunt Petrum Decanum Poznaniensem virum pium et devotum. Sed quia Hugo[3] Apostolice sedis legatus Archiepiscopo Gnesnensi inhibuerat ne electos confirmaret idcirco ad predictum[4] legatum Capitulum[5] Posnaniense mittens[6] destinavit,[7] qui nuncij a legato predicto licencia confirmandi electum suum per Archiepiscopum Gnesnensem (ac) fienda[8] benigne obtenta, cum

str. 75. ad Fulconem Archiepiscopum redijssent, et ipse confirmandi Electum[9] certum terminum eisdem in Slawno assignasset. In quo termino Johannes Archidiaconus Poznaniensis, et Theophilus Archidiaconus Gnesnensis Canonici[10] Posnaniensis electioni[11] prefati decani se opposuerunt dicentes se esse

contemptos

contemptos quia ad Electionem non sunt[1] vocati. Et ob hoc pecierunt ipsam eleccionem magis infirmari, quam confirmari. Sicque dilacione confirmacionis pendente Oppiso Abas de Mescano pro tunc apostolice sedis legatus utrosque ad se versus Wratislaviam venire coegit, quos ad concordiam salubriter revocans, et inducens tandem concordavit. Sicque prefati Archidiaconi in eleccionem decani prefati consenserunt Cuius Eleccionem prefatus Abbas auctoritate apostolica confirmavit, decernens per archiepiscopum Gnesnensem munus conseorationis[2] sibi impendi

Archiepiscopus Gnesnensis impendit munus consecracionis suffraganeis suis.

De Canonisatione Sancti Stanislai Martiris gloriosi

Anno denique prefato gloriosissimus martir Sanctus Stanislaus fuit[3] per Dominum Innocencium[4] mrÿ[5] Canonisatus in Ecclesia sancti Francisci[6] papam predictum[7] missam celebrante ubi inter cetera miracula miraculum fuit[8] infra scriptum

Miraculum.

scriptum. Quod cum nobilis quidam defunctus ad memoratam Ecclesiam ubi papa missam celebrabat delatus fuisset, propinquis ipsius flentibus et magnum lamentum facientibus papa prostratus ante altare beati Francisci flens oravit in hec verba: O beate Francisce si sunt hec omnia vera de sancto Stanislao polonorum prothomartyre prout audivimus suscipe[1] hodie novum[2] hospitem nova signo, quo signo[3] statim qui mortuus fuerat resurexit. Benedictus Deus.[4]

Sequitur de divisione polonie iterum facta.

Premysl cum Boleslao Fratre faciunt divisionem bonorum seu terrarum.

Anno quoque eodem in festo Pasche[5] dux Premysl fratrem suum Boleslaum a captivitate absolvit, et post hoc convenientes in Castro Gedcz domino Fulcone Archiepiscopo Gnesnensi et ceteris[6] nobilibus Polonie pertinentibus[7] Gneznam Metropolim, Kalisch, Rudam Pysdry[8] Srodam Bnijn Bijechow[9] Gedcz, pobiedzysKa[10]

de Byechow

drystha et Cleczko[1] eidem fratri suo Boleslao pro sua porcione assignavit.

De edificatione Civitatis Posnaniensis.

Eodem[2] vero tempore Premysl dux prefatus Cives de Srzoda prope Ecclesiam maiorem ad predium Ecclesie ultra Wartham, ad instantiam cuiusdam civis de Gubijn[3] transtulit[4] ubi iam primitus per predictum[4] ducem Civitas erat locata, quam mox[6] fossatis circumfodi, et blancis muniri procuravit Srzotkam[7] predictam loco predij in quo civitatem ut premissum est situat,[8] Ecclesie Posnaniensi perpetuo assignando.[9]

Srzothka donatur Ecclesie Posnaniensi per Premislaum ducem perpetue.

De tempore pluviali.

Eodem itaque[10] anno a festo Pasche[11] usque ad festum sancti Iacobi tempore messis nocte dieque pluvit[12] incessanter, et tanta fuit inundatio aquarum facta,[13] per agros et vias, quod[14] homines navigabant

bant. Et cum segetes metebantur, quere-
bantur monticuli ad fruges reponendas.
Inveniebantur eciam pisces per agros
insulas[1] in gulgustris prendebantur[2] Et
str. 76. extunc terra Vysnensis, tum ex infestacio-
ne paganorum, tum ex multitudine ym-
brium fuit desolata. Et post hoc in festo
omnium Sanctorum, post missam maio-
rem[3] Petro Electo Posnaniensi,[4] cum suo Ca-
pitulo consedente audita sunt sexcies
tonitrua mugire.[5]

De consecratione Electi Po-snaniensis.

Consecratur primus Episcopus Lithuanorum.

Anno vero predicto Petrus Electus Po-
snaniensis et frater Vitus de Ordine
predicatorum, Lythwanorum primus
Episcopus per venerandum Fulconem
Archiepiscopum Gnesnensem in Episco-
pos fuerant consecrati.

De interdicto in terram Pre-mislonis prolato

Anno

Anno igitur M°CCLIIII° Opiso abbas de Moszano[1] Sedis apostolice legatus in ducem Premislonem excommunicationis summam[2] promulgavit, et terram ipsius Ecclesiastico supposuit interdicto. Et hoc ideo[3] quia ipso legato in terra Slesie existente Premisl dux Olesniciam[4] Oppidum cum suo districtu Henrici ducis Wratislaviensis miserat spoliari, propter quingentas marcas argenti, quas Henricus dux Slesie prefatus Premisloni duci pro captivitate cuiusdam theotunici solvere tenebatur. Duravitque huiusmodi interdictum a sexta feria post Reminiscere[5] usque ad diem terciam post dominicam, Iudica. Et tunc fuit dux absolutus, et interdictum relaxatum[6].

De obitu Petri Episcopi Plocensis.

Eodem vero anno[7] Petrus Episcopus Plocensis viam carnis est ingressus. Et

Andreas

Andreas Prepositus Ecclesie eiusdem cognomine Cotek[1] fuit electus in Episcopum et anno predicto consecratus.

De elevatione ossium Sancti Stanislai.

Anno igitur predicto VIII. Idus Maij Canonisatio Sancti Stanislai Martiris[2] fuit in Ecclesia Cracoviensi solenniter publicata et ossa ipsius[3] Benedicta, que a die passionis sue usque ad elevationem ipsius in terra iacuerit[4] CLXXXIIII annis minus medio[5] fuerant honorifice sublimata,[6] et pars eorum per Ecclesias iocunde distributa, alia vero in predicta Ecclesia cum capite glorioso[7] recondita conservantur huius autem publicationi Canonisationis et sacrorum ossium elevationi interfuerunt venerabiles patres Opiso Abbas de Mesano legatus Domini Pape Innocentii quarti,[8] Fulco Archiepiscopus Gnesnensis, Prandotha Cracoviensis[9] Thomas Wratislavien.[10] Wolmetus[11] Wladislaviensis

Enumerantur Episcopi regni de Fulconi archiepiscopo de Prandota Cracovien.

slaviensis, Andreas Plocensis, Witus primus Lithuaniensis ordinis predicatorum, Gohardus[1] primus Russie ordinis Cisterciensis quondam abbas de Opatow Episcopi et[2] preclari principes Casimirus Cuiavie et Lancicie dux, Premisl dux Polonie Semovitus dux Marovie, Boleslaus pudicus[3] dux Cracoviensis et Sandomiriensis, Petrus autem Episcopus Posnaniensis huic solemnitati non interfuit, quia paralisi morbo VIII Kalendis Maij laborabat et nono[4] Idus Maij diem clausit extremum. In cuius locum[5] successit Boguphalus de Czyrznyelyn[6] cuius electionem Fulco Archiepiscopus Gnesnensis in Cuzelow[7] confirmat[8]

Enumerat duces regni Polonie

Ai 77 archiepiscopus Gnesnensis confirmat omnes sue provincie coepiscopos.

De vastatione terre Oppavie.

Eodem quoque anno illustres principes[9] Boleslaus Cracoviensis et Wladislaus Opoliensis duces cum suis exercitibus

ciciam

De rutenis Duces nostri regni recuperant Opaviam per Bohemos occupatam

eciam rutenis, terram Opavie quem Premislius[1] qui cognominabatur octakarus[2] rex Bohemie occupaverat, incendio et gladio vastaverunt.

De vastatione terre Slesie.

Hic iam Poloni cum Slesitis pugnant.

Anno eodem Premislius et Boleslaus polonie et Cunradus Glogovie duces, cum suis exercitibus, vastaverunt terram circa Trebniciam[3] Vidavam et ultra odram, Lesznicram[4] Henrici ducis Wratislaviensis[5] Ecclesiarum villas in nullo molestantes.

De Captivitate Semovithj Ducis Mazovie.

Eodem vero anno Casimirus condam Cunradi filius Cuyavie Syradie[6] Lancicie dux, Semovithum ducem Mazovie fratrem suum germanum, et uxorem eius captivavit et captivos detinuit.

De Consecratione

De Consecratione Bogufali Episcopi Posnaniensis.

Anno namque[1] domini M°CCLV° in dominica Reminiscere in Ecclesia Landensi Boguphalus Cerznelyn,[2] fuit per venerabilem patrem dominum Fulconem Archiepiscopum Gnesnensem in Episcopum consecratus. Cui[3] consecrationi astiterunt venerabiles patres, Thomas Wratislaviensis Volmurus[4] Wladislaviensis, Andreas Plocensis,[5] et Culmensis ordinis predicatorum Episcopi[6]

Ego invenio quod inter duos Bogufalos posnanienses Episcopos videlicet istum etiam incrat Petrus Episcopus Posnaniensis.

Culmensis Episcopus.

De absolucione captivitatis ducis Semoviti per fratrem Casimiris.

Eodem itaque anno Casimirus Cuiavie dux pretitulatus fratrem suum Semovitum ducem Masovie, a captivitate liberum[7] dimittens cum ipso fraternaliter concordat.[8]

De prodicione

De prodicione Castri Nakel.

Eodem igitur anno dux Mszczuy[1] filius Swantopulci ducis pomoranie[2] proditoris nequissimi in nocte beati Michaelis Archangeli per tradicionem cuiusdam Bolestary[3] Castrum Nakel sub duce Premislio, occupat[4], premislius vero collecto exercitu suo et fratris sui Boleslai una cum Casimiro duce Cuyavie Castrum predictum undique vallaverunt Quibus pudicus Boleslaus dux Cracovie mille et Semovitus Cunradi Mazovie dux octingentos viros armatos in subsidium sibi destinaverunt. Premisl vero et Casimirus cernentes firmitatem Castri, et quod non posset faciliter[5] expugnari edificavit[6] aliud Castrum ex opposito Castri antiqui versus occasum solis et positis in eo viris fortissimis, et audacibus qui illud custodirent[7], ac ingressum et egressum[8] de antiquo Castro facientibus, propofse prohibuerunt ~~tis~~ ad propria redierunt. Castrenses vero Castri utriusque sepissime inter se congressi,

conflictum

/ traditoris

Hic ex opposito Castri Nakel contra Mszczim per duces Polonie aliud Castrum novum Nakel fabricatur.

conflictum habebant, et in quodam congres-
su Pacoslaus Szedzyczky[1] et Hermanus
milites robustissimi, de parte ducis premi-
slonis, fuerant occisi, multi eciam de pomo-
ranis protunc, et alias sunt prostrati.

De expugnacione Castri Raczansz pomoranie et exustione eiusdem.

Anno itaque domini M°CCLVI° dux Pre-
misl cum fratris[2] sui Boleslai et suis exerci-
tibus, et cum duce Casimiro Cujavie conve-
nerunt circa Nakel, et inito consilio iverunt
ad expugnacionem Castri Raczansz ad quod
multi homines de Castellania eadem con-
fluxerant vite et rerum gracia conservandi
ad quod venientes duces predicti, igne ap-
posito ex omni parte, ipsum impugna-
re ceperunt quibus Castrenses flamma
in altum crescente resistere non valentes,
et mortis incendium vitare volentes, ad sta-
ciones homm (hominginm?) hostium[3] qui poterant exire
intraverunt, et se ultronee captivitati sub-
diderunt, vite beneficium affectantes[4] multi

tamen

tamen exire non valuerint, et hij cum Castro et rebus in eodem existentibus per ignem occupati crudeliter sunt exusti.

De impugnatione novi Castri circa Nakel.

Eodem quoque Anno in quadragesima Swanthopelcus dux Pomoranie proditor predictus cum fratre et filiis suis, collecto exercitu expensas deduxit in Nakel, quibus deductis et in Castrum[1] illatis ~~quibus deductis, et in Castrum illatis~~ Castellum nowum ducis Premislonis expugnare temptavit mandavitque hominibus sui exercitus ligna sicca de pino affere et in fossatum iactari, volens ipsum castrum[2] ignis incendio expugnare. Sed cum homines sui ligna portassent et in fossarum[3] iactassent et pire alijs plurimis redissent. Illi de Castello exeuntes, Ligna de fossato recollegerunt ipsa[4] ligna succedentes quibus per ignem consumptis pomorani amplius ligna deferre desistentes, ipsum Castellum clipeis

protecti

protecti cum tratibus[1] et aliis instrumentis impugnare ceperunt fundibularij[2] vero lapides, et eciam de parvis machinis ictus[3] iacientibus[4] iacientes, sicque ab hora sexta et circa,[5] usque ad horam completorij pomorani viri[6] tanquam fortissimi, et propter exustionem Castri Radzansz[7] et hominum in eodem peremptorum minimum[8] provocati predictum Castellum impugnarunt. Quibus Castrenses, quos dei clementia tanquam iustos, et pro patria sua iuste pugnantes miraculo se contra proditoris nequissimi infestationes protegebat viriliter resistebant viginti[9] pomeranis[10] occisis, et LX vulneratis ipsos a castelli impungnacione desistere et recedere coegerunt. Sic dux Swantopelcus proditor prefatus cum iactura suorum ad propria rediit confusus.

Hic poloni defendunt fortiter castrum Nowen Nakel erga Swantopelk quem coegerunt recedere.

De dolosis insidiis Swantopelci prefati

Anno quoque eodem in dominica vocacionum

gacionum Swantopelcus Pomoranie dux, factis insidiis in latibulis propter[1] Castellum novum Nakel caute ordinatis iussit suos de antiquo Nakel, ut egredientes de Castro[2], eos qui in Castello novo morabantur ad certamen provocarent. Quod cum egressi fecissent et[3] de nowo Castello

str. 79. viri fortissimi cum eis pugnare cepissent ipsi retro cedentes quasi ad castrum suum fugere volentes adversarios se insequentes a Castello novo remotius abducebant[4]. Swantopelcus vero dux[5], considerans ipsos castellum de facili intrare non posse mox de latibulis saliens ducis Premislonis homines sue gentis multitudine undique circumseptos prosternit[6], occidit wulnerat, et captivat. Nec tamen protunc victoria licet dolose, obtenta, predictum Castellum poterat expugnare.

proditor occidit plures gentes ducis polonie sed novum Castrum Nakel non licet tn dolo

De Concordia inter premislonem et Swantopelconem duces facta.

Eodem quoque anno in vigilia Beati Jacobi Apostoli Premisl dux illustris[7] cum suis baronibus

ronibus

ronibus venit ad villam suam Kczynam[1] cum Swantopelcone super recuperacionem[2] Castri Nakel tractaturus[3] adheserat[4] eciam, quidam frater popo crucifer de domo teotunica, qui duci Premisloni quarto gradu consanguineitatis per matrem suam attinebat. Hic nota quod mater ducis Premislonis, ut fertur si fuit soror Swantopelci prefati et uxor ducis[5] Wladislai Odonis extunc sequitur, quod Swantopelcus fratri Poponi prefato, tercio gradu consanguineitatis fuisset coniunctus. Unde necesse[6] videtur quod sicut premissum est, sit[7] aut quod Wladislaus Odonis dux Polonie et Svantopelcus duas sorores germanas in uxores habuisset. Quia Msczug[8] dux Pomoranie filius Svantopelci prefati Premisloneon et Boleslaum filios Wladislai fratres suos amitales appellat Et Premislio secundo ducis polonie filio Premisli ducatum Pomoranie resignavit, poterat eciam esse quod Svantopelcus prefatus sororem Wladislai duxisset in uxorem ut[9] ex hoc fratres amitales habe-

De Kczynya.

tales habentur.[1] Quid autem certi sit, non invenio Popo autem de quo genere fuit apud nos non habetur. Interposuit tamen[2] partes suas, ut ipsos tanquam sibi convictos[3] ad concordiam revocaret. Custodierat namque Swantopelcus prefatus quod Castrum Nakel fraudulenter[4] obtentum commode retinere non posset, ex eo quia de Castello novo sibi frequenter molestie et infestationes fiebant peciit quod[5] pro expensis factis Premislio[6] duce certam pecunie quantitatem, pro[7] restitucione Castri eiusdem. Sic uterque eorum compromiserunt in fratrem Poponem predictum, promittentes bona fide se firmiter servaturos, quidquid per ipsum tam super restitucionem Castri, quam super observantia pacis fuisset difinitum pronunciavit quod[8] frater prefatus Poppo, quod firmam pacem, et tranquillam inter se servare deberent Castrum Nakel Swantopelcone duci Premislio restituente, Cuius[9] dux Premisl memoratus

Swanthopelk traditor resignat Castrum Nakel Premisloni

ratus quingentas mercas argenti viceversa in certis terminis solvere deberet.[1] Et demum inter Castrum vetus et novum convenientes inermes ~~extra~~ oscula sibi invicem prebuerunt Mane[2] autem in die Sancti Jacobi dux Premisl Castrum antiquum Nakel duce Swantopelcone ipsum inducente cum suis intravit Quem[3] dux Swantopelcus benigne suscipiens sibi Castrum Nakel resignavit.[4] Dux vero Premisl sibi pro quingentis mercis argenti predictos novem obsides donec pecuniam solveret tenendos assignavit, et sic pace firmata ad propria redierunt

str. 80.

De captivitate Thome Episcopi Wratislaviensis.

Demum anno prefato infra octavas sancti Michaelis[5] Cum dominus Archiepiscopus Wratislaviensis nomine Thomas tempore illius totius Cleri polonie

polonie speculum in Gorka predio Abba-
tis sancte Marie in Arena Ecclesiam de
novo constructam dedicare volens de noc-
te[1] quiesceret Boleslaus sevus Dux Slesie
filius Henrici quondam quem Tartari
occiderunt. Indutus vesania dyabolica,
et suasu teotunicorum quorum regeba-
tur consilio, Episcopum in lecto quies-
centem veluti fur et latro, et non ut prin-
ceps fracto hostio captivari,[2] ac rebus om-
nibus spoliari,[3] ipsumque denudari,[4] ve-
stibus precepit,[5] causas frivolas contra
eundem pretendens, quarum tamen hec
maior fuerat ut ab ipso pecuniam ex-
torqueret Teotunicis erogandam Sencien-
tes[6] autem teotunici ipsum equitandi[7]
usum non habere, ut puta qui iam
gravedine corporis tenebatur. Cum[8] ta-
men equum trotantem[9] (sic) equitare coege-
runt in sola camusia[10] et femoralibus
ceteris vestimentis penitus denudatum
Cui insultus[11] quidam latrunculus un-
gulatam[12] satis vilem propter avre[13] Eis-

Iam teotuni cepe-
runt regere Polo-
nos

denudatus Epis-
copus

Teutunici regunt
duces polonie.

temperanciam[14]

temperanciam et ocreas vetustas ipsum in-
dui fecit. Captique[1] cum eo fuerant Boguslaus
prepositus et Henricus[2] canonicus Wratislavien-
sis et una cum eo ducti ad Castrum Vlan[3]
ducis Boleslai predicti et dati custodie car-
cerali; prefatus autem dux[4] prepositum et
Canonicum in vincula conyecit, ut ab ipsis
eo cicius pecunias extorqueret, prout et
fecit. Episcopum de Castro ad Castrum Lu-
dibrisse deferre precipiens. Tandem in Tur-
rim Ledmycz[5] tenendum proyecit. Episco-
pus autem cernens quod sine pecunia
evadere non posset ipsum de duobus
milibus mercarum argenti placavit,
ipsis[6] solvere promittendo, pannis schar-
laticis, quos sibi Heccardus[7] pro alienacio-
ne seu alleviacione sui martiry assigna-
verant[8] duntaxat exceptis. Dominus vero
Archiepiscopus Gnesnensis auditis huius-
modi factis nepharys, et consternatus ani-
mo, communicatoque consilio et consensu
fratrum suorum Episcoporum sue pro-
vincie, in ducem prefatum excommunica-

nota de Episco-
po.

tionis

sentenciam promulgavit mandans suffra-
ganeis suis ut in omnibus solemnitati-
bus[1] dominicisque diebus et festivis tam
in Cathedralibus quam[2] in parochialibus
Ecclesiis[3] candelis accensis et [4] Campanis[5]
pulsatis excommunicatum publice de-
nunciare iuberent. Statuit[6] dictus Archie-
piscopus ut Clerus[7] ante concionem[8] ca-
dendo[9] super genua diceret[10] psalmum,
Deus laudem meam ne tacueris,[11] cum
pater noster, et versiculo: Exurgat De-
us, et orationeque[12] sequitur:

Ex. 81.

Exaudi queso[13] domine Ecclesiam tuam
non solum paganorum percussionibus at-
tritam sed eciam christianorum pravita-
te afflictam, et concede propicius ut qui di-
vine subdi recusant potestati dextera tue
maiestatis, cito deyciantur inimici, per D. (Dominum)
et cum psalmus legebatur Campanam[14] prop-
ter modum in unam partem pulsabatur.
Boleslaus vero dux prefatus in sua pertina-
cia existens[15] seu persistens Episcopum et su-
os[16] dimitere noluit donec sibi pecunia fuit
persoluta

persoluta, quam plus quam salutem et honoris sui statum affectabat. Episcopus autem tedio in captivitate affectus, et de[1] suorum[2] afflicioni minium compaciens partem pecunie prefato duci exsolvit[3] et pro residuitate positis obsidibus in die Pasche domini a captivitate extitit liberatus. Boleslaus itaque nequiciam suam palliare volens Henricum Wratislaviensem et Cunradum Goloczoniensem[4] duces, fratres suos uterinos, et quosdam eorum proceres de scelere captivitatis Episcopi accusabat. Cuius assercioni tanquam viri perfidi, qualis ipse fuerat non fuit fides adhibenda.

De captivitate Boleslai ducis predicti.

Anno itaque domini M°CCLIII°[5] Boleslaus sevus de Legnycz sepe dictus volens fratrem suum Cunradum ducem Glogovie dolo circumventum captivare ipsum pecyt ut ad Castrum Legnicz gracia convivandi veniret. Dux vero Cunradus modum traditionis

per quendam

per quendam sibi[1] relatum veraciter intelligens, et certitudinaliter illud experiri cupiens, accepta secum sufficienti armatorum virorum comitiva, arma secrete deferentium, et cum castro Legnicensi[2] approximasset, reliquit quosdam ex suis in latibulis. Iubens ut iussa sua caute ibidem expectarent. Ipse vero cum ceteris licet paucis Castrum Lignicense[3] intravit. Quem Boleslaus benigne ut apparebat suscepit, sed intus iacebat fraus et dolus Cunradus dux considerans teotunicos turris menia ascendisse Castri et alios in latibulis absconsos latitare Statim in fratrem Boleslaum prorumpens ipsum captivavit, et cum ipso citissime prius quam teotunici de latibulis egressi, ipsum invaderent, de castro exiliens ad suos properavit Boleslaumque in Glogoviam deducens arte custodie deputavit.[4]

Cunradus Glogovie captivat Boleslaum malum.

De obitu Premisli ducis polonie

Eodem quoque anno pridie nonas Iunij nobilissimus vir dominus Premisl dei gratia dux po

tia dux po

tia dux Polonie, filius quondam Wladislai Junior[1] qui fuerat filius Odonis, de hoc seculo migravit ad christum. Cuius vitam sub brevitate transcurrens ne[2] ex hoc legenti exquirelur fasti[?] stmm[?] descripsi, ut legentes sive audientes, actus et mores eius in parte aliqua possent immitari. Fuerat autem idem[3] dux Juvenis[4] etate vix habens XXXVI. annos, sed maturus moribus vita et conversatione magnam dei gratiam in multis habebat et mirablem. Homo fuit inter religiosos et secularis pudicissimus nunquam aliquis de ore eius audivit turpe verbum vel verecundosum. Irasti[5] minime sciuit et si aliquando per aliquem ducebatur ad iracundiam nunquam aliquis in ipso notare si irasceretur poterat, propter hilaritatem vultus eius, quem cuilibet ostendebat semper paratus fuit magno et parvo paupperi et diviti aurem suam inclinare et affectuose sibi loquentem[6] audivit, et honeste dum potuit necessitates hominum expedivit. Inter principes Polonie

Hic lege per omnia virtutes iuvenis Premislonis filii Wladislai iunioris Wladislai Odonis

str. 82.

lonie mei[1] temporis mitissimus fuit, discipli-
natus et humilis, ~~xxx~~ pacificus et mansue-
tus, pijus et fervens in caritate non ficta
erga[2] deum et homines. Cum nullo discordiam
habere[3] voluit nisi forte[4] terram eius invade-
ret, tunc se defendebat prout poterat. Ter-
ram suam tempore vite sue ex omnibus
partibus pace vallaverat, coadunando sibi
principes vicinos in amicos, non per gla-
dium sed per sapienciam quam ei Jesus
Christus dederat, et quam semper libenter
sequebatur Nullius principis terminos oc-
cupare voluit, sed potius cum omnibus ho-
minibus pacem cupivit. Devotissimus fuit,
nunquam carere voluit cum potuit divi-
no officio, in cantu pulcro delectabatur, ho-
ras de domina gloriosa cum potuit ex-
⌈ ipsam plevit, et ⌈ in maximo honore veneratus est,
et mirable fuit de eo, cum deponebat se[5]
ad lectum nocturna hora, et aliquantulum
somno recreabatur. Et[6] cum nocte tota credeba-
tur ab aliis dormire ipse surgebat aliquan-
do media nocte, aliquando ante, et[7] sedens

sub conopeio

sub conopegio[1] suo cum candela, tenens psal-
terium legebat, aliquos psalmos et oraciones,[2]
quos sciebat, vel habere poterat, et hoc sepe,
et libenter faciebat, superbiam despexit e-
brietatem prorsus vitavit[4] nunquam eum
ebrium aliquis vidit, temperatum[5] come-
dit, medonem multis annis non bibit,
sed cerevisiam vel vinum. Illud ita fuit
temperatum, quod vix saporem vini habuit
Balneo Bij (bene[6]) quatuor annos ante mortem
non fuit usus, qualibet quadragesima ut
dicebatur, cilicio utebatur, sub vestibus aliis,
et hoc secrete quod cilicium, ego Basco Cu-
stos Posnaniensis post mortem ipsius
vidi ferre quendam sacerdotem, et erat
satis spissum. Deum multum dilexit.
et sanctam Ecclesiam honorificat et[7] hono-
ravit, et defendit totum Clerum, et[8] om-
nes alios[9] religiosos in magna reveren-
tia habuit, et eos in sua curia honori-
fice sepius pertractavit, et si in aliquo
magno festo circa Ecclesiam Gnesnensem
vel Posnaniensem fuit Canonicos illa-

De ducis Cili-
cio

rum Ecclesia

rum Ecclesiarum, et vicarios in prandio habebat. Et omnibus advenientibus Clericis vel[1] Laycis mensa eius patuit. Feria quinta magna[2] ubicunque fuit, pauperes occulte adduci in nocte percepit[3] pedes eorum lavit, extergens linteo et osculans[4] eosdem et recreans carpa[5] eorum de potu, dans eis etciam aliquos pannos ad tuniculas. Nunquam de aliquo quantumcumque aliquis male vixerit,[6] male scivit loqui. Et quid dicam homo inter principes et alios in polonia non fuit ei similis inventus, qui recordans eternorum bonorum, consolacionem in celo. In testamento suo reliquit deo et Ecclesie beati Adalberti in Gnezna villam Cirznelin.[7] Et aliam Ecclesie[8] beati petri in Poznania[9] Buk[10] cum hominibus, quos destinavit in officium sanctuariorum. Eidem Ecclesie adiungens ipsam Buk cum civitate cum moneta, cum teloneo cum tabernis, et[11] cum hominum omnibus utilitatibus, et omni iure,[12] et dominio in custodiam eiusdem Ecclesie,[14] rogans et statuens, ut

str. 83.

Premysl donat villam Cyrznelyn Ecclesie Gnesnensi et Buk cum hominibus in officium sanctuariorum pro Posnaniensi Ecclesia.

pro anima

pro anima sua ad eius sepulcrum nocte et die in perpetuum habeatur lumen, et de eisdem utilitatibus missa, pro ipso et pro ceteris, quolibet die, si fieri potest, vel ad minus qualibet feria, vel alio die, qui commode in septimana observari poterit divina[1] celebrarentur. In exequijs eius tantus fletus fuit, qui[2] nunquam in alicuius principis polonie est auditus, flevit eum Clerus, quia socialis eis fuit. Fleverunt eum[3] milites, quia benignus eis fuit, fleverunt religiosi, quia opera misericordie opa minime[4] contra eos habuit, nulla etas nullus sexus qui in exequiis eius[5] fuerant vel eum mortuum audierant a fletu continere poterant. Collocet deus animam eius in regno celorum[6] amen[7].

Defletur Premisl in obsequijs.

De nativitate secundi Premislonis.

Anno namque eodem natus est filius[8] premislonis ducis boni[9] in Polonia in Poznania infra matutinas die dominico in

nico in

nico in festo sancti Calixti martiris. Et cum cantarentur matutine per canonicos Posnanienses et vicarios venit nuncius circa finem none leccionis, et significavit de nativitate pueri. Et statim ceperunt alta voce cantare Te Deum laudamus, tam pro matutinis quam pro gaudio nati pueri ad laudem dei. quod dignatus[1] tanto munere polonos consolari. Bogufalus vero Epus Posnaniensis qui vocabatur de Cirznelyn[2] puerum[3] de fonte sacro levavit Batisante eum[4] Caskone Custode Posnaniensi. Impositumque fuit[5] ei nomen patris Premisl ob[6] memoriam boni patris.[7]

De Sinodo celebrata in Lancicia contra ducem qui Episcopum Wratislaviensem captiverat.

Enumerantur Episcopi regni Polonie.

Anno que[8] et dies Beati Calixti predictus dominus Fulco Archiepiscopus Gnesnensis,[9] Prandota Cracoviensis, Thomas Wratislaviensis, Bogufalus Posnaniensis

Volimirus

Volimirus Wladislaviensis, Andreas Plo-
censis et Wilhelmus Lubucensis Episco-
pi ac multi abbates prelati et Cano-
nici Ecclesiarum in Lancicia Sino-
dum celebrarunt. In qua Sinodo Ar-
chiepiscopus predictus cum suis suf-
fraganeis contra Boleslaum ducem
Slesie per Alexandrum papam, da-
tam crucem[1] predicarunt. Et eiusdem
auctoritate domini Pape predicare ius-
serunt, pro eo quod idem dux, per an-
num et ultra sententiam excommunica-
tionis propter captivitatem Episcopi
Wratislaviensis in se[2] prolatam[3] susti-
nuit animo induratus, claves[4] Ecclesia- Str. 84.
stice discipline contemnens. Multe
enim[5] Constituciones in eadem Sinodo
fuerant ordinate, que in Eclesiis cathe-
dralibus reservantur recondite

Qualiter Boleslaus dux Calisien-
sis uxorem accepit.

Demum anno domini M°CCLVIII° Bole-
slaus dux

slaus dux polonie frater Premislonis
iam defuncti Helenam Bele[1] Regis
Hungarie filiam de sorore sancte Hed-
vigis procreatam, quam anno uno an-
te obitum fratris sui Premislonis, apud
Boleslaum ducem Cracovie sibi copu-
laverat in uxorem, in terram suam
de Cracoviensi terra adduxit cum so-
lemnitate Regali, de qua post modum
tres filias genuerat.[2] Quarum unam
Wladislao filio Casimiri duci Cuyavien-
si cum qua[3] Poloniam aut MCC. mer-
cas argenti,[4] et aliam Henrico filio du-
cis Boleslai pessimi Slesie Legnicen-
sis sepe dicto[5], cum qua similiter MCC.
mercas argenti aut terram Welunien-
sem seu Rudensem Castellaniam no-
mine[6] dotalicij assignavit[7], copulavit
provide in uxores, Terciam ad Mona-
sterium Sancte Clare per ipsum fun-
datum Gnesne et sufficienter dotatum
tradidit divino servicio[8] mancipando.

Hic fundatur mo-
nasterium Gnes-
ne Sancte Clare
per Boleslaum
ducem Polonie.

De Discordia

De discordia inter Boleslaum et Casimirum ducem Cuiavien.

Anno vero eodem Boleslaus dux Polonie cepit a Casimiro Castrum Landense cum suo districtu, quod idem Casimirus tempore sue iuventutis et fratris sui occupaverat repetere, et cum eodem pro ipso guerrari[1] et cum terra utriusque et guerrarum[2] vicissitudine fortiter vastaretur, Boleslaus collecto totali suo exercitu polonie totius, terram Cujavie potenter intravit et Wladislaum iuvenem[3] accedens, et staciones circa ipsam faciens ipsam viriliter impungnavit Cui Wratislaus[4] Boguslai dux pomoranie cum sex centis armatorum in adiutorium ~~armatorum~~ advenit Quorum potencie Casimirus obviare non valens mediam partem Castellanie Landensis restituit Castrum Landense quod edificaverat comburendo

Comburitur Castrum Landense

De obitu

De obitu Fulconis Archiepis-copi Gnesnensis.

Eodem vero anno Fulco Archiepiscopus Gnesnensis qui Petka nomen proprium habebat in Lanicia diem suum[1] clausit extremum vir in moribus compositus, ~~libratus~~ literatus[2], et honeste vite[3].

De Eleccione Janussij Archiepis-copi Gnesnensis.

Quomodo eligebantur Pontifices. Eodem quoque anno electus fuit Janussius[4] prepositus Gnesnensis de communi voluntate eligentium in archiepiscopum Ecclesie predicte post cujus electionem misit nuncios ad Curiam Romanam videlicet[5] Henricum Decanum Posnaniensem Egidium Archidiaconum Lanciciensem et Pribislaum Canonicos Gnesnenses ad petendum munus[6] confirmacionis sibi impendi et pallium destinari. Qui venientes Curiam

st. 85 Romanam inveniunt[7] constitutionem

Alexandri

Alexandri Pape: qua cavebatur quod quilibet electus in Archiepiscopum principaliter[2] domini deberet se exhibere[3]. Quod cum domino suo nuncij predicti[4] nunciassent, statim iter arripiens feria sexta post Christum ante[5] invocavit Curiam Romanam intravit Anno domini M°CCLIX et se presentie domini Pape exhibuit. Quo dominus Papa viso et per Cardinales examinato ipsius electionem confirmavit Et proximo die dominico Invocavit ipsum in Archiepiscopum consecrari precepit[6] Henricus vero decanus Posnaniensis et Pribislaus Canonici[8] supra dicti ad propria redientes[7] in partibus Lambardie obierunt.

Constitutio pape Alexandri quod electus in archiepiscopum teneatur personaliter adire papam.

Qumodo Swantopelcus pomoranie staciones Warslai devicit.

Eodem namque[9] anno Warcislaus[10] dux Cassuborum, cum exercitu polonorum, quem dux Boleslaus[11] polonie in subsidium destinaverat et[12] cum Episcopo Caminensi

contra

contra Swantopelcum ducem Pomoranie[1] processit et veniens circa Slupsky[2] qui alio nomine Scolp[3] nominatur, dimisso[4] Episcopo et exercitu eius, et quibusdam su-is militibus non paucis in stationibus[5] ut res suas, et polonorum, ac clientelam ibidem dimissam custodirent[6] propu-gnantes, solus cum exercitu magno ter-ram Swantopelci[7] animose vastavit. Sed Swantopelcus potentie sue resistere non valens, in staciones irruit, et Episcopum cum suo exercitu devictum fugavit[8] plu-rimos militum et servitores armorum[9] occidit et quosdam captivavit,[10] et accep-tis multis spolijs et captivis secessit ille-sus.

Swantopelcus tra-ditor vicit polo-nos.

Quomodo Casimirus terram Ca-lisiensem devastavit.

Item anno eodem videlicet M°CCLIX Casimirus Cujavie Lancicie et Siradie dux Congregato suo exercitu usque ad duo

milia

milia virorum pugnantium, ipso die Ciriaci martiris, terram Calisch intra-vit occulte, quam hostiliter invadens absque misericordia mīa[1] spoliabat.[2] Sed cum rumor huiusmodi ad Boleslaum ducem Polo-nie pervenisset, qui iam eundo Posna-niam fuerat constitutus, festine ad Ca-strum[3] rediit. Sed nec in via nec in Ca-stro miliciam poterat colligere tam re-pente propter[4] XXX milites qui adve-nerant,[5] quibus curiensibus[6] suis adiunc-tis et deo se totaliter commitentes[x] in quo semper confidebat, exercitum Casi-miri insecutus, ipsum inter Clamam[8] et Opatow villam Archiepiscopi in quadam Borra que dicitur Solecz[9] animose inva-sit. Cui Deus et sue genti tantam virtu-tem licet paucis miraculo se contulit, quod Casimirum ducem prefatum cum sue gen-tis multitudine in fugam convertit, et multis[10] vulneratis et[11] occisis et recupera-ta preda quam ceperant[12] Equos CC ip-sorum quibus insederant[13] acquisivit.

Palatinum

Boleslaus cum paucis miraculo se devicit.

Palatinum quoque Cujavie letaliter[1] vulneratum captivarunt. Tertium namque quod quando Boleslaus Casimirum et suum exercitum invasit, tantus timor eorum corda concussit, quod omnes arbores[2] exercitus Boleslai esse putabant et ex hoc perterriti fugam pro presidio elegerunt. In qua fuga miraculose devicti, donum victorie deo et iusticie Boleslai tribuebant. Nec dubium extat, quod auxilium dei omnipotentis desuperius sibi missum fuerat qui non deserit sperantes in se quod tantam multitudinem cum paucis victoriosissime debelavit.

ctr. 86. exercitum Casimiri ducis Cujavie circa Opatow

De Captivitate nobilium fraudulenta per Casimirum.

Hic captivantur nobiles de Polonia per Casimirum ducem Cujavie.

Item[3] eodem anno Casimirus dux pretitulatus Herhaboldum[4] palatinum Gnesnensem Simonem fratrem suum Castellanum loci eiusdem, et Nicolaum Calisiensem Palatinum ac multos alios nobiles

in quodam

in quodam colloquio per ipsum[1] fraudu-
lenter celebrato captivat.[2]

De edificatione Castri Paschkocz (sic) casimiri cum proditore

Eodem vero[3] anno Casimirus dux predictus cum adiutorio ducis Svantopelci[4] proditoris edi-ficavit, Castrum[5] in Pakosz in dominio du-cis Boleslai polonie, et in preiudicium eius-dem.

De vastatione terre Lanciciensis.

. Item anno eodem infra octavas sanc-ti Michaelis Boleslaus Polonie Boleslaus pudicus Cracoviensis et Sandomirien-sis et Semovitus Mazovie ac Romanus filius Danielis Regis Russie qui venerat[6] in auxilium duci[7] predicto, contra Casimirum ducem fratrem ipsius uterinum, convenien-tes in terra Lancicensi ipsam totaliter spo-liis et incendio devastarunt Edificavitque[8]

Castrum

Duces polonie Cracovie et Casimirum Cujavie insecuntur et tandem victus cum eis amicabiliter composuit.

Castrum (terra) in eadem, et edificatum Semovito duci Mazovie predicto assignaverunt. Cernens autem Casimirus[1] malum sibi imminere, et tot principibus resistere non posse, peciit treugas[2] usque ad festum[3] sancti Andree sibi dari, et colloquium in eodem festo celebrari. In quo[4] obtulit omnibus illis satisfacere, quorum metas, vel terras aut Castra minus iuste detineret occupata[5].

Qualiter tartari terram Sandomiriensem ~~2a~~ secundario vastaverunt cum prutenis et rutenis.

Anno quo super[6] ante festum sancti Andree christianorum[7] intraverunt tartari cum prutenis rutenis Comanis et alijs gentibus, terram Sandomiriensem, ipsam[8] rapinis inflamationibus, hominum occisionibus enormiter ~~ex~~ spoliantes et secientes magnam multitudinem hominum cum suis rebus ad Castrum Sandomiriense confluxisse

fluxisse ipsam vallaverunt sine cessacio-
ne impugnantes, Duces vero Russie Vasil-
ko[1] frater Danielis Regis Russie, Leoque
et Romanus filii[2] predicti conceperunt Ca-
strenses[3] circumvenire dolo fraudulento,
et accepta facultate[4] cum Castrensibus
convenient, suadentes eis ut dexteras
securitatis[5] a tartaris peterent, et ipsis Ca-
strum et bona que in ipso habebant[6] pre-
sentarent, ut[7] vitam ipsis tartari largi-
rentur, qui vitam Castro et bonis prefe-
rentes, et sic ut promissum est vitam ob-
tinere sperantes, predictorum ducum decep-
ti consilio et ut liberi et securi de vita
et suis uxoribus, et natis abire possent,
a Tartaris et a predictis ducibus fidei
promissa recipientes Castrum aperuerunt,
et rebus in eo omnibus dimissis inermes de
Castro exiverunt. Quos cernentes Tartari in
eos tanquam[8] in oves irruerunt sanguinem
nimium innocentium hominum effundentes.
Itaque[9] rivi[10] efusi sanguinis in Wyslam de-
currentes ipsam inundare[11] fecerunt. Et cum
in eorum

Dolus contra San-
domiritas per pa-
ganos conceptus.

str. 87

Hic pagani non
tenent fidem polo-
nis sed eos minus
iuste occidunt in
Sandomiria.

in eorum occisione crassati[17] et lassi fuissent, reliquos viros tanquam gregem pecurum[2] ad Vislam fluvium impellentes submerserunt. Mulieres vero iuvenculas, et sponsas[3] virgines, ac adolescentes masculos secum captivos abduxerunt. Et tunc multa milia hominum tam diuturnitate captivitatis quam occisione[4] gladii perierunt. Tartari vero rebus de Castro Sandomiriensi[5] eductis ipsum exusserunt plurimis diebus in Cracoviensi et Sandomiriensi terris existentes, multa mala facta[6] et enormia proch dolor commiserunt.

De desponsatione filie Premislonis.

Anno itaque domini M°CCLX polonie dux[7] Boleslaus predictus Constanciam olim Premislonis ducis[8] fratris sui filiam Cunrado filio Marchionis de Brandborg[9] alias de Sgorzelicz[10] fecit copulari in uxorem, et solennitatem nupciarum San-

Brandborg Sgarzelicza.

rum San

rum Santhok[1] cum eisdem celebravit. Cui Castellaniam Santhocensem pro dote eius- dem obligat,[2] sed non ipsum Castrum, per hoc autem ipsa Castellania a regno Polonie est alienata, usque in presentem diem.

Qualiter Santhok Castrum cum terra ultra Myedrzyrzecz alienatur a rege.

Qualiter Mendolphus Rex Prussie a fide cristiana recessit.

Anno vero eodem pruteni baptisati cum suo rege Mandolpho propter multa gravamina, que ipsis per cruciferos inferebantur, fidem christianam, quam assumserant deferentes ad Lythvanos cum aliquibus fraternibus[3] ordinis cruciferorum abierunt ipsis fortissime adherentes.

Pruteni fiunt Amici cum Lithuanis.

De devastatione terre Ploensis per paganos predictos.

Item anno eodem Mendolphus Rex[4] predictus

predictus suorum Pruthenorum Lythwa-
norum, et aliarum gentium infidelium,
ad triginta milia virorum pungnantium
multitudine recollectam[1], terram Marovie
intravit ubi primo Plocensem[2] Civitatem,[3]
crudeliter gladio et incendio, spolijsque et
rapinis totaliter devastavit[4] Et deinde Prus-
siam invadens urbes subvertit, et[5] ferre
totam terram Prussie destruxit magnam
stragem in populo Christiano, per suos
Prutenos batisatos committendo.[6]

St 88.

De devastatione terre paga-norum.

Hic victores Pagani contra Christianos.

Anno itaque domini MCCLXI circa
septimanam[2] post diem Epiphanie mul-
titudo Christianorum Theotunicorum, et[11] Po-
lonorum, et aliarum gentium fidelium in u-
